

Hrubý, František

Urbánková-Hrubá, Libuše (editor)

Les seigneurs de Zástřizly et leur correspondance avec Théodore de Bèze et avec d'autres amis suisses dans les années 1556-1605

In: Hrubý, František. *Etudiants tcheques aux écoles protestantes de l'Europe occidentale a la fin du 16e et au debut du 17e siecle : documents.* Urbánková-Hrubá, Libuše (editor); Vyd. 1. V Brně: Universita J.E. Purkyně, 1970, pp. [311]-381

Stable URL (handle): <https://hdl.handle.net/11222.digilib/120372>

Access Date: 16. 02. 2024

Version: 20220831

Terms of use: Digital Library of the Faculty of Arts, Masaryk University provides access to digitized documents strictly for personal use, unless otherwise specified.

III

**LES SEIGNEURS DE ZÁSTŘIZLY ET LEUR
CORRESPONDANCE AVEC THÉODORE DE BÈZE
ET AVEC D'AUTRES AMIS SUISSES
DANS LES ANNÉES 1556-1605**

1. LEUR CORRESPONDANCE AVEC LA SUISSE

(Venceslas de Zástřizly, Venceslas de Zástřizly le Jeune
et Georges Sigismond de Zástřizly)

216.

Venceslas de ZÁSTRIZLY l'Ancien

1596, le 26 février. Boskovice.

Venceslas de Zástřizly l'Ancien¹ à J. J. Grynaeus: il envoie son neveu Venceslas de Zástřizly et le gouverneur de celui-ci à Genève et il prie Grynaeus de les recommander à M. de Bèze afin que celui-ci les accueille dans sa maison et ne les abandonne pas dans leurs besoins. A Grynaeus lui-même il recommande Georges Sigismond de Zástřizly, un autre parent qu'il envoie à Bâle en compagnie de M. de Vartemberk et de M. Borbonius, leur précepteur.

Bâle, ÖBdU. MS. G. II. 8, fol. 950. Original autographe.

Ehrwürdiger hochgelerter Herr, d. Grineae. E. Ehrwürdt w[i]nsch ich von Gott dem Allmechtigen Gesund und alle glückliche Wolfort neben Anerbietung meiner willigen Dinst jederzeit. Dieweil ich widerum Wenceslaum, meinen liebñ Vettrñ samb Paludio, seinem Preceptore, noch Geneva zum Herrn Besa obgefertiget,¹ hob nicht unterlosn kynen, E. Ehrwürdt mit disem Bryfflein zu ersuchen und freindlich bitten umb eine Recomendazion an Herrn Besa, domit er Wenceslaum samt Paludio in seine Behausung einnehmen wolte und sy im befolhen sein will losn und do unser Herr wos an sy schyket, sy nicht verlosen wollte. Dieweil ich gleichfols mit dem jungen Herrn von Worttnwerg und seinem Preceptor d. Borbonio meinen ondrñ Vettern Geryg Sigmundo zu E. Ehrwürdt noch Basel zum Studirn schike,² longt dero wegen meine freindliche Bitt, E. Ehrwürdt wele sy im wie zuvor dem Wenceslao befolhen sein losn. Wellicher Freindschaft und bewisner Woltot ich widerum um E. Ehrwürdt und di Seinigen gonz willig j[e]rderzeit

¹ Venceslas Morkovský de Zástřizly l'Ancien (1554—1600), protecteur renommé de l'Union de Frères. Il resta longtemps au service de l'empereur qui lui confia l'éducation de ses deux parents: Venceslas Morkovský de Zástřizly le Jeune (voir No 229/3) et de Georges Sigismond Praksický de Zástřizly (No 237). Quant à lui, il n'avait pas fait d'études brillantes et bien poussées, à ce qu'il paraît, car sa connaissance de l'allemand et d'autres langues était insuffisante. C'est Charles de Žerotín qui se chargeait généralement de sa correspondance latine (cf. V. Brandl, *Listové* . . . , p. 162). Il avait cependant le goût de la culture: en témoigne entre autre sa vaste bibliothèque (cf. M. Černá, *A propos du sort de la Bible de Kralice*, ČSPS 1925, p. 102).

² Venceslas de Zástřizly le Jeune quitta Bâle le 12 avril: «Wenceslaus a Zastrizel Basilea discessit cum suo Paludio Genevam», M. Dvořák, *Dva denniky* . . . , p. 42.

zu verdienen mich erbiere und schuldig sein will, wie ich don genzlicher Zufers[i]cht bin, das E. Ehrwird inen diser meiner Vorschrift und Bitt gnysen wird lasen. Domit di Gnod Gottes mit uns. Datum auf Boskowiz den 26. Februarii 1596 Jor.

E. Ehrwird jederzeit dinstwilliger

Wenczl Morkowsky von Zastrzyzl m. p.³

217.

1596, le 6 novembre. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: il ne peut dire que du bien sur le neveu de Venceslas, rentrant actuellement au pays et il promet de lui donner les meilleures recommandations pour le roi de France et pour sa sœur dans le cas où le garçon serait envoyé en France. Il ne lui conseillera pas de visiter l'Italie où la religion des jeunes étudiants est exposée aux influences dangereuses. Il a aussi dédié au jeune seigneur ses poèmes nouvellement rédigés et lui a donné le plein pouvoir d'en disposer à son gré.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 125—135 et fol. 134—135. Copies contemporaines.

Ecce ad te redit dominus Wenceslaus tuus,¹ mi generosissime domine, quem fore confido, ut suae apud nos commorationis minime poeniteat. Sic enim ille sese apud nos gessit, ut omne tempus illud in studiis honestissimis consumpserit et hanc eius diligentiam ita vicissim adhibitus illi abs te monitor dominus Paludius exercuit, ut spem mihi non parvam reliquerit futurum illum et tibi suisque omnibus sanctae summaeque voluptati, praesertim si in iisdem studiis perrexerit, et Moraviae toti suae ornamento singulari. Quod si tempora tulissent et tibi visum esset, ut in Galliam progredere, nulli officio defuissem in illo Regiae ipsi quoque Majestati et religiosissimae ipsius sorori commendando. Sed cum necdum satis pacata sint isthic omnia, exterius quidem adhuc furentibus Hispanorum armis, intus vero nondum desaevientem adversariorum adversus Gallicas ecclesias odio et quorumdam hoc religionis praetextu abutentium audacia, fortassis ad tempus potius repressa quam penitus oppressa, non temere te profecto cavere voluisse opinor, ne dominus Wenceslaus tuus in istas tantas tempestates incideret. Non deest autem nobis Dei beneficio spes et quidem non parva, fore ut isto nunc Rotomagi in Normandiae provincia coacto abs rege conventu, tum in genere de communi totius Galliae regni quiete, tum speciatim de reformatarum ecclesiarum tolerabili statu, quidpiam constituatur. Quod si fiat tum sane commodius de prosequenda domini Venceslai tui peregrinatione deliberaveris, si, quod minime dissuaserim, Galliam ipsi saltem videndam instauratis Academiis censueris. Nam quod ad Italiam attinet, si forte requiris, quid ea de re censeam, fateor me totum

³ Le 31 mars: « Accedimus primum ad mensam reverendi viri d. Joannis Jacobi Grynaei, ecclesiae Basiliensis antistiti et S. S. Theologiae doctoris; nominatim hi: generosus Joannes a Wartenberg et Napagedlii, Georgius Sigismundus Pracksicky a Zastrizel et Buchlovii et ego Mat. Borbonius », M. D v o ř á k, Dva denníky . . . , p. 41.

¹ Venceslas de Zástřizly le Jeune était le petit-fils des premières noces de Jaroš de Zástřizly, tandis que Venceslas l'Ancien était le fils des secondes noces de Jaroš. Voir No 229.

ab ea iuvenibus praesertim ullis inspicenda abhorrere, in qua Sathan omnis et turpitudinis et impietatis sedem fixit, et quod non ex paucorum exemplis tristissimis didici, in qua ne mori quidem salva recte conscientiae pace liceat.

Ad harum autem regionum ac praesertim Genevae statum quod attinet, incerti quidem adhuc sumus, ut qui ab iis necessario pendeamus, quae in illo Rotomagensi conventu statuentur, sive de bello adversus vicinum illum perpetuum huius reip[ublicae] hostem gerendo, sive de pace firmiore cum Gallo ineunda, in qua et ipsi comprehendamur. Interea nihilominus perbeati nobis non immerito, prae tam multis aliis populis singulari Domini et Servatoris nostri beneficio videmur. Continuatis cum vicino induciis ad sequentis anni initium usque duraturis fruentes et tum ab omni pestis alioqui plurimis et in Helvetia et Sabaudia locis grassantis contagione prorsus adhuc immunes, tum etsi aliqua non parva rerum ad victum necessarium caritate, communi fere terrarum orbi malo laborantes, minime tamen oppressi, imo mediocri, prae aliis multis regionibus messe et vindemia coelitus donati. Adeo quidem, ut dubium non sit, quin dominus Venceslaus tuto hic diutius apud nos permanere, si tibi sic visum esset, potuerit. Sed de his plenius ex ipso domino Venceslao tuo et domino Paludio cognosces.

De hoc autem statu nostro cogitans, tanto gravius discrucior, mecum perpendens, quam alius sit et plane diversus non vester tantum, sed Ungariae, imo Germaniae, imo totius septentrionalis orbis status, tam immani simul et tam potente hoste tantis vos viribus aggresso. Etsi enim est, de quo ingentes Deo gratiae agantur, quod adhuc non minus potenter quam feliciter hostis illius rabiem coercuerit, cogitans tamen, uti par est, tum quid apud Dei tribunal prae caeteris omnibus mereantur, qui Christiani tamen et nomine et re haberi volunt, tum quae sint illius hostis vires, fieri non potest, quin de istius tanti apparatus exitu permaxime, id est non tantum de vestra, sed etiam de nostra omnium in vobis periclitante salute summopere vobiscum laboremus, ad nos usque procul dubio non minus coram Deo nocentes ac etiam longius ista perventura procul dubio tempestate, si semel fuerint illa reliqua orbis Christiani claustra et propugnacula (quod Deus avertat) expugnata.

De his autem quam saepe et quidem non sine gemitu et suspiriis hic inter nos collocuti simus et quam sollicitae privatae et publicae preces Genevae super hoc concipiantur, velim ex illis ipsis tuis cognoscas, quam [?] in te non modo Deo favente pergamus, sed etiam intentionem, curam et sollicitudinem, prout res feret, adhibebimus.

Caeterum quod illi tui hospitium hoc meum subire, imo etiam tenuem, sed ab animo prorsus benevolo profectam tractationem boni consulere atque adeo benignitate sua ornare sint dignati, permagnam tibi et illis gratiam habeo. Cuius meae in te et dominum Venceslaum observantiae, ut testimonium, quale a me proficisci potest, exstaret, mea ipsi discedenti *πονηρία* in unum corpus recenter, amicorum maximis hortatibus collecta, aucta et emendata, commisi, isthic bonorum et doctorum adhibito iudicio vel supprimenda vel in publicum edenda.

Nec vero ea de re meo ipsius arbitrio, quicquam statuere mihi multis de causis placuit, vel tam exilia, generosissime mi domine, aut tibi aut generosissimo domino Carolo Zerotino, cuiquam denique tantae dignitatis consecrare. Hoc autem animi mei grati testimonium, ut aequi bonique consulere non graveris, etiam atque etiam rogo.

² Jean Paludius, gouverneur des deux Zástřizl. Voir No 241.

Bene vale cum sancta universa familia tua. Dominus Jesus in mediis istis tantis periculis exerta illa sua invieta manu tueri te suosque isthic omnes, vestrisque consiliis omnibus quam cumulatissime ad sui nominis gloriam et totius orbis Christiani salutem benedicere pro immensa sua clementia dignetur. Genevae 27. Octobris [15]96 (vetere calculo anno ultimi temporis 1596).³

Illustri Excellentiae Tuae deditissimus

Th. B.^a

218.

1596, le 23 novembre. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: il se sent de plus en plus l'obligé de Venceslas: le séjour de son neveu a déjà été une grande faveur pour la maison de Th. de Bèze, de même que le don dont on l'a honoré à l'occasion du départ du jeune Venceslas. Il ressent une profonde gratitude envers son bienfaiteur et, quant à la nouvelle preuve de la bienveillance de Venceslas, il avoue ne pas être sûr de l'avoir méritée. Sur la situation en France, sur la guerre turque.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 126—126v et 194—194v. Copies contemporaines.

Illustris mi domine, tibi constitutum esse video et re ipsa experior summis beneficiis me, quantumvis id minime merentem, non tam ornare, quam tibi et tuis tam obnoxium reddere debitorem, ut ne habendae quidem tibi gratiae par esse possim. Eram enim sane iam plus satis domino Venceslao agnato tuo obstrictus eo nomine, quod hospitium hoc meum subire et tenuem tractationem boni consulere, immo etiam discedens non parvo beneficentiae testimonio donare sit dignatus; ad quam quum nunc accedere alteram tuam munificentiam volueris, merito rursus agnosco me ne habendae quidem tibi gratiae parem esse. Quod autem unum possum, hoc illustri Tuae Dominationi perlibens offero: animum verum gratum et nulli, quod a me expeti posset, obsequio defuturum.

Ad res Gallicas quod attinet, video ecclesias, singulari Dei beneficio, nunquam fuisse in pura religione servanda coniunctiores et multa sibi de regis quoque voluntate tum prout publicae pacis ratio nunc patitur, tum in posterum quoque polliceri; cui illarum exspectationi utinam exitus respondeat. Interim nos hic Dominus pro bonitate singulari sua tum mediocri messe et vindemia praeter omnem fere exspectationem donavit, tum adhuc a pestis circumquaque grassantis contagione immunes servavit et induciis quoque fruimur ad annum usque proximum data utrinque fide, sancitis, quas utinam felix brevi de pace nuncius consequatur.

Caeterum nostram de vestris praesertim regionibus sollicitudinem, quas immatissimus hostis ille, ut sibi proximas, caeteris etiam remotissimis inhians, tantis viribus aggreditur, eo vehementius auxit ille tristissimus Agriensis obsidionis exitus, quod, quum iam inde ab huius excitatae divini furoris virgae initio, Dominus lente admodum hostem illum incitavit, immo etiam per admirabilem illam

³ Th. Wotschke, p. 141, No 17. L'auteur ne distingue pas Venceslas le Jeune et Venceslas l'Ancien de Zástřizl. La date est marquée selon l'ancien calendrier.

^a Une des copies est écrite de la main de Paludius.

Transylvani principis magnanimitatem retardavit, minime tamen ea, qua oportuit tum prudentia, tum alacritate sic de praesidiis saltem humanis certatim opponendis cogitatum, nedum ut de praecipuo vel potius unico ad iram Dei saltem temperandam, id est, de resipiscentia praestanda sit inter nostros actum, quibus potius curae est de reali omnipraesentia et orali sua manducatione adversus, quos vocant Calvinistas, tum voce, tum scriptis debacchari. Nam quod ad ipsos pontificios attinet, non dubito, quin fuerint suo more in suis quantumlibet inanibus celebrandis supplicationibus diligentiores. Est igitur potius, quod hic merito deploremus, quam quod huic iustissimo divini furoris impetui, secundum hominem, id est, prout nunc sese humanae res habent, opponamus. Sed absit, ut propterea despondeant animum, quibus datum est ab eius praesidio pendere, qui suos novit, et quibus omnia, ne ipsa quidem morte excepta in bonum cedunt. Det igitur et vobis et nobis Dominus, ut de eo, a quo incipere oportuit, nunc saltem sero cogitetur, reliqua postea consilia et remedia subministrato Domino, quibus hic opus est, tum ad nominis sui gloriam, tum ad suorum conservationem.

Nos hic quidem illo favente, ut in communi summo periculo, perpetuas (quod unum sane possumus) preces et publice et privatim per singulas familias concipiemus apud clementissimum illum Deum et Servatorem nostrum, ut nostris quidem peccatis omnibus semel sicut promisit, longissime proiectis suorum autem promissorum memor vel hunc hostem a suorum cervicibus avertat, vel in ipsas etiam illius manus nos (quod ipse avertat) traditos, haud secus quam suos olim in media Babyлоне conservet.

Bene vale, illustris mi domine, cum universa sancta familia tua caeterisque vere Christum Deum et Servatorem nostrum illum unicum invocantibus. Geneva 13. Novembris vetere calculo 1596.¹

Illustri Dominationi Tuae deditissimus

Theodorus Beza.^a

219.

[1596]

Venceslas de Zástřizly l'Ancien à Théodore de Bèze: Il lui remercie de tout ce qu'il a fait pour Venceslas le Jeune, son neveu; ils sont tous les deux ses obligés et, pour cette raison, Venceslas l'Ancien prie Th. de Bèze d'avoir l'obligeance d'accepter d'éventuels services que Venceslas le Jeune pourra lui rendre.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 203. Original.

Vellem equidem, reverende et nobilissime domine Theodore, ut universis vobis, quibus agnati mei Venceslai Morcovii studia commendata esse intelligo, omnibus in rebus satisfacere possem. Sed quid possim hoc perturbatissimo rerum omnium statu, vos, viri praestantissimi, vestra sponte potestis existimare. Quia vero non solum ex litteris eiusdem Venceslai, verum etiam tuis ad me humanissime datis, tuam imprimis erga eum singularem benevolentiam perspexi et quam optime ipsi cupias et consultum esse velis, non potui facere, quin de referenda tibi qualicun-

¹ Le même jour, il exprima ses remerciements aussi à Jean Paludius et à son élève (cf. Th. W o t s c h k e, p. 143, No 19).

^a Une des copies est écrite de la main de Paludius.

que gratia nunc demum (antea diurno morbo articulari impeditus) cogitarem. Nam si adolescentum singularis aut summa etiam est foelicitas consuetudo cum praestantibus viris, hanc certe agnatus meus apud te consequutus est, adeo ut ego quoque iam una cum ipso me tibi plurimum debere libenter profitear. Quomodo autem tibi uterque nostrum gratum animum suum aliquando sit probaturus, in praesentia scribere nihil attinet. Hoc tantum te oro, ut id quicquid sit munusculi, quod Venceslaus tibi offert, aequi boni tui observantissimos tibi porro com^a

220.

1597, le 28 juin. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: il considère comme un bienfait de loger dans sa maison Georges Sigismond de Zástřizly, autre parent de Venceslas. Connaissant l'application de Paludius et ayant aperçu l'intelligence de son nouvel élève, il espère de rapides progrès dans l'instruction de ce dernier. La ville de Genève jouit actuellement de paix mais la cherté des blés est gênante. Pour ce qui est de sa santé, il suffit de rappeler qu'il est âgé de 78 ans, ce qui l'oblige à une vie retirée.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 173v. Copie contemporaine.

Ergo tibi, mi generosissime domine, constitutum est tuum Bezam Amplitudini Tuae iam pridem obstrictissimum novis subinde singularis benevolentiae testimoniis cumulare ac pene obruere. Nec enim aliter interpretari possum vel debeo generosissimi patruelis, domini Georgii Sigismundi¹ adiuncto ipsi rursus d. Paludio nostro tam accuratam, qua apud me uti dignatus es, commendationem. Excepi igitur illos tanquam preciosum mihi missum abs te munus: et in eodem illo hospitio collocavi, quod antea generosissimus alter ille patruelis tuus, dominus Venceslaus dignatus est presentia sua cohonestare. Nullum Deo favente in illis et si non pro ea, qua merentur dignitate, ea tamen, quam haec mea tenuitas ferre potest, cura ac diligentia quam promptissime tractandis officium praetermissurus, quo possim pro innumerabilibus tuis in me beneficiis observantiam in te meam testari. Et sane quam optime sperare me de illorum ad nos adventu iubet tum Paludii nostri in illius adiuvandis studiis eadem illa diligentia, qua erga alterum illum patruelem tuum utentem illum animadverti, tum ipsius domini Sigismundi gratissima in ipso vultu apparens indoles ac docilitas, quae si, quemadmodum confido, una cum aetate in ipso adoleverint, futurum esse non temere conicio, ut magnae in ipso virtutes sensim magis atque magis mitescant. Quod ratum et firmum esse iubeat munificentissimus ille Deus, horum omnium bonorum auctor.

Caeterum quod ad huius civitatis ac scholae statum attinet, is est, singulari Dei beneficio tolerabilis ac pacatus, bello quidem, quantum coniciere nunc nobis licet,

^a La lettre est écrite manifestement de la main de Venceslas Lavinus; on le constate en la comparant avec la lettre que Lavinus adressa à Th. de Bèze, déposée au fol. 205. La partie inférieure de la lettre est arrachée.

¹ Georges Sigismond de Zástřizly était issu de la seconde branche (celle de Buchlov) de la famille de Zástřizly. Voir No 237.

inter Gallum et vicinum illum nobis principem Sabaudum exarsuro, sed si Deus volet, ita ut in hac tragoedia futuri simus duntaxat spectatores, non autem ut in altero illo priore actores, induciis speciatim inter vicinum illum principem et hanc rempublicam ad Octobris usque Calendas iuratis.

Superest tamen nobis illud malum cum multis commune, annonae videlicet caritas non parva et adhuc in dies crescens, aliquantulo licet quam in aliis non paucis regionibus lenior et quam spes est mox sequutura, si Deus volet, messe satis copiosa temperandam.

Quod si de mea quoque valetudine pro tua in me benevolentia certior fieri cupis, etsi pro aetate annum videlicet 78 explens satis immo valde mitem senectutem experior. Facit tamen virium sensim ingravescens imbecillitas, ut fere a publico abstinenceam totus domi ad meditandam ἀνάλυσιν et felicem illum in exoptatissimum portum appulsionem intentus. Qua in re me laborantem peto, mi generosissime domine, ut ea, qua soles benignitate complecti pergas et assiduis precibus tuis opt. max. Deo magis ac magis commendare, sicut illum toto pectore vicissim precor, ut te tuaque omnia quam potentissime non ab illo duntaxat vobis, immo toti orbi Christiano imminente immanissimo tyranno, sed a reliquis omnibus periculis tutatum quam felicissime conservet. Genevae 18. Junii vetere calculo 1597.

221.

1597, le 6 septembre. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: les poèmes qu'il avait dédiés au neveu de Venceslas, ont été publiés à Genève. Les jugements qu'on pourra porter sur cette nouvelle édition ne seront sans doute pas unanimes, mais il espère que nombreux seront ceux qui y trouveront du réconfort. Quant à lui, il remercie les Zástřizl d'avoir honoré de tant d'intérêt ses menus ouvrages. Georges Sigismond de Zástřizly est bien installé à Genève; néanmoins, il faudra prendre une décision quant à son séjour car la ville de Genève est menacée de la guerre entre le duc de Savoie et le roi de France.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 399—401v. Copie contemporaine.

Gotha, LB. MS. 404, fol. 122 et fol. 175. Copies contemporaines.*


S. Tandem ergo, mi generosissime domine, ποιημάτων¹ mea in lucem prodierunt.¹ Sic enim tibi visum esse audio, cujus voluntati fuit mihi religio diutius repugnare:

^a La lettre est écrite de la main de Paludius. Un fragment de cette lettre est inscrit sur la fol. 140.

[Adresse]: Generosissimo et nobilissimo domino Venceslao Morkovsky de Zastrisel, domino de Boskovitz et Letowitz etc. S. C. M. a consiliis, domino mihi summe observando.

¹ Sur l'édition des poèmes de Th. de Bèze voir dans l'Introduction et dans les lettres Nos 217, 235, 236, 256 et 263. Elles furent publiés chez P. Stephan à Genève, en 1597, sous le titre «*Theodori Bezae Vezelii Poemata varia*. Omnia ab ipso auctore in unum nunc corpus collecta et recognita anno 1597.» Le recueil compte au total 372 pages et est divisé en 7 parties. Th. de Bèze avait écrit ces poésies 45 ans auparavant en français et les avait publiées à Paris en 1548. — Dans l'édition de Venceslas de Zástřizly, il y a un appel aux imprimeurs de ne pas rééditer les poèmes sans autorisation préalable de la famille de Zástřizly ou, au moins, de J. Paludius. En 1598, une partie du recueil fut publiée à Hanau. En 1599, Jacques Stoerr de Genève réimprima le recueil tout entier.

et quum ista jam in generosissimi domini d. Wenceslai, fratris tui filii, possessionem transivissent, mihi profecto fuisset nefas vel semel donata quasi repetere, vel de re aliena aliter quam ex ipsius arbitrio statuere. Dubitare me tamen multorum, ut nunc quidem vivitur, mores non patiuntur, quin alii quidem non pauca in iis et quidem fortasse non immerito carpant, alii vero me, ut senem repuerascentem insectentur. Nonnulli denique me, ut gloriolae quippiam ex must[ac]eo captantem arguant, qua tamen octuagenario jam proximus, ne, si velim, quidem diu frui possim. Haec autem omnia quum caveri potuissent, si quod optabam, factum esset, id est, si istud meae in utrumque vestrum observantiae testimonium vobis proprium et peculare mansisset, haec editio profecto vobis potius, quam mihi fuerit ab istis sive iustis sive iniquis reprehensionibus asserenda. Spero tamen ab aequis et candidis istarum rerum aestimationibus mitiora. Sed utcumque res ista cadat, testari me nunquam paenitebit, quantum utrique vestrum hoc nomine debeam, quod (sicut olim cultissimus ille Catullus immerito de suis, quas vocabat, nugis scripsit) vos istas meas vere nugas usque adeo aliquid esse aestimaveritis, ut meum etiam nomen illi vestro nobilissimo proximum conspici et legi jusseritis majore certe beneficio, quam ut, quod ad me et mea quidem attinet, in ullam aestimationem cadat. Caeterum quod ad generosissimum illum agnatum tuum d. Sigismundum praesentia nunc sua hospitium meum dignantem et adjunctum ei monitorem d. Paludium attinet, testari tibi possum per Dei gratiam nihil hic a me neque in illius monitoris ad suam curandam functionem sollicitudine neque in illius ad obsequendum diligentia desiderari, ut plane confidam fore, ut, favente Deo, spei et expectationi tuae, felix omnino hujus illorum apud nos peregrinationis exitus respondeat. Sed exardescente magis ac magis inter Gallum et illum Sabaudum principem, cujus ditone undique circumcingimur, bello ad nostras usque portas procul dubio, si res ita perrexerint, perventuro et nostris cum illo vicino induciis intra diem proximi Septembris mensis vicesimum, qui erit, illis novo calculo utentibus ultimus desiturus, sunt, eheu, nimium multa, quae magnopere vereri nos cogant, ne quantumvis tranquillitatis usque adeo cupidi, ut salva nostra libertate, quibusvis conditionibus simul quietem redempturi, rursus tamen quorundam culpa vel ita ferente harum regionum fato ex ista qualicumque quietis specie, qua durantibus induciis fruebamur,^o in belli tempestates abripiamur, quod tamen Deus faxit, ut frustra metuisse comperiamur. Id vero etiamsi, quod Deus avertat, acciderit, facile tamen nobis erit de tuto a nobis excessu tuis illis et quidem tempestive, Deo favente, cavere, quod etiam a me diligentissime curabitur. Sed cum haec plane sint dubia et incerta et d. Sigismundum minime velim in isto tumultu ex improviso deprehendi (cui fuerit alioqui nec ingrata nec inutilis paulo saltem diuturnior apud nos commoratio) suaserim omnino, mi generosissime domine, quod bona cum tua venia dictum sit, ut res ita istic instituas, ut sive sit illis in alia remotiora loca abeundum, sive, diutius hic manendum, habeant, a quibus quantum et quando illis opus fuerit, petant, de quibus rebus tecum aget noster Paludius. Si inter ista, ut valeam et quid agam, requiris, prohibente me non quidem ullo per Dei gratiam morbo, sed ipsa senectute publicum meum munus obire, domi continens me quietum, precibus et privatis studiis ipse me dies ac noctes consolor in hoc unum intentus, ut absque fidei et spei naufragio in illum optatissimum portum tandem perveniam. Ad hanc autem civitatem et ecclesiam proprie quod attinet, unius illius benignissimi simul et potentissimi Dei et Servatoris nostri providentia, quam toties experti sumus, freti sperare non desinimus fore, ut nostris propter sanctum nomen suum exauditis gemitibus ac precibus assi-



Georges Sigismond de Zástřizly. D'après le portrait au château de Buchlov.

duis vel has quoque tempestates dissipet, ne ad nostras usque portas perveniant, vel ut ille tum demum summas suas vires exercere consuevit, quum res suorum maxime sunt aut videntur esse desperatae, nobis hoc quoque tribuat, ut quaecunque de nobis statuerit, christiana fide ac patientia perferamus, obnixè interim, mi generosissime domine, et abs te et ab omnibus istic nostri amantibus postulantes, ut quemadmodum vicissim pro vestra adversus immanissimum vobis imminentem hostem salute illum non desinimus precari, sic vos quoque vestras ad illum pro nobis preces in hoc tanto periculo nostris adjungere memineritis.

Bene vale, mi generosissime domine, una cum sancta familia tota et universo sanctorum coetu. Genevae 27. Augusti vetere calculo 1597.^a

Amplitudini Tuæ addictissimus

Theodorus Beza.

222.

1597, le 16 décembre. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien, bien qu'il soit très heureux de la présence dans sa maison de Georges Sigismond de Zástřizl et de Jean Paludius, son gouverneur, il se doit néanmoins d'avertir Venceslas du danger approchant des portes de la ville: de la guerre entre la France et la Savoie. Cependant, il ne recommanderait pas à ses pensionnaires d'aller en Italie à cause du risque de la guerre entre le pape et le duché de Ferrare. Si Venceslas se décidait à envoyer son neveu en France, Th. de Bèze lui donnerait les meilleures recommandations pour le roi et pour d'autres amis français.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 172. Brouillon.

Ego ne vero, magnifice et generosissime mi domine, quidquam adhuc a me supra eam, qua te merito prosequor, observantiam proficisci potuisse existima- verim, quo te mihi obstrictum merito censeas? Immo vero quid non ego Tuæ Amplitudini debeo, vel pro hoc uno beneficio, quo sum abs te affectus, quum nobilissimum illum tuum patrualem d. Georgium Sigismundum una cum adiuncto ipsi monitore d. Paludio, quasi fidei meae committeres? Est igitur potius, de quo gratiam tibi habeam perpetuam, quam re ipsa referre nunquam possim, et nisi hoc ipsum tester nefarium, illud ingrati animi crimen nunquam effugerim. Sed et illis ipsis, quos ita mihi commissos voluisti, plurimum debere me profiteor, quod et illorum suavissima consuetudine sum delectatus et haec ecclesia in illis habuerit et adhuc habeat singulare tum pietatis, tum modestiae exemplum, ut plane con- fidam fore, Deo favente, ut neque ipsos neque te, magnifice mi domine, istius apud nos peregrinationis poeniteat.

Sed est, de quo, etsi nonnihil ad te antea pescripsi, tamen nunc etiam te praemoneri oporteat, quod praesertim intelligam meas 26. Augusti datas ad te

^a Th. Wotschke reproduit la lettre (p. 149, No 23) d'après la copie déposée à Gotha, dans laquelle il manque certains passages par rapport à la copie qui est reproduite dans le présent ouvrage et qui provient de Paris. Chez Wotschke, la date n'est pas modifiée selon le nouveau calendrier.

usque non pervenisse. Aduit sane hic nobis Dominus toto hoc anno plane admirabiliter, ut qui pestem circumquaque grassantem nos aggredi prohibuerit neque hanc civitatem, quamvis ex alieno territorio viventem, annonae caritate sit passus opprimi, hoc denique summum nobis beneficium concesserit, ut induciarum saepius inter hanc civitatem et vicinum principem, quantumvis perpetuum hostem, sed alibi occupatum, continuatarum beneficio mediocri tranquillitate frui nobis licuerit et nunc quoque, quamvis ingravescente inter Gallorum regem et hunc principem bello, simus adhuc duntaxat istius bellicae tempestatis spectatores. Quia tamen ista pene ad portas nostras geruntur et de hostis, quo circumcingimur, perpetua malevolentia plus satis nobis vel ex nefaria ipsius in nos nuper contra omnem induciarum fidem comparata et plane divinitus tum patefacta, tum vindicata prodicione liquet, ut incertum bellorum exitum omittam, plurimae minime vanae coniecturae faciunt, ut plane metuam, ne hic noster satis nunc mediocris status nobis quantumlibet quietis studentibus in apertum mox bellum erumpat, in quam tempestatem minime velim tuos illos incidere. Etsi enim probabile est, vix tam repentinam futuram hanc mutationem, quum exitus peregrinis salvus pateat, tamen iterum dico minime expedire, ut illi in hunc tumultum incidant, in quo infinita solent ex improvise accidere. In omnem igitur eventum, magnifice mi domine, suadeo dandam istic operam et quidem tempestive, ut illi, si quid istorum quae metuimus, occurrerit, imparati non deprehendantur. Protectionem in Italiam vel ob hanc causam prorsus dissuaserim, quod certo nobis renunciatur bellum a pontifice adversus Ferrariensem ducem, sedis Romanae feudatarium magno cum apparatu moveri coeptum, quod procul dubio Venetos et ducem Mantuanum totam denique Italiam commovebit.¹ Ad Gallicam vel remotiora etiam loca protectionem quod attinet, tunc demum capiendum hic a nobis consilium arbitror, quum discedendum hinc erit.

Et haec quidem nunc habui, quorum te certiore facerem, de quibus ipse istic et quidem mature constituas, nunquam ego quidem commissurus, ut quidquid in me vel ipse desideres vel illi tui a me requirant, quos etiam, si proficiscendum illis in Galliam arbitraberis, commendaticis, apud quoscumque potero tum in ipsius regis aula, tum alibi mihi amicos literis et quacunque mihi licebit ratione, quod pluribus iam epistolis testatus sum, perlubens adiuvabo.

Tu vero, interea quaeso, quod facere te non dubito, assiduis precibus tuis perge nostri causa opt. max. Deum et Servatorem nostrum magis et magis compellare sicuti vicissim.

Magnifice mi domine, illud precari non desino, ut te et sanctorum suorum coetum, vos istic omnes denique adversus immanissimum illius vobis imminentis bellum et omnes malorum omnium conatus sancti sui Spiritus presidio tectos quam potentissime tueatur. Genevae 16. Decembris 1597.

¹ En 1598 s'éteignit à Ferrare la famille princière d'Este et le pape Clément VIII s'empara du duché de Ferrare comme d'un fief échu à la Curie; cf. J. Matoušek, La Réforme catholique et la lutte pour l'Europe occidentale. Dějiny lidstva V, Prague 1938, p. 426.

1598, le 31 mars. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: sur la mauvaise situation de la ville de Genève dans la guerre qui se prolonge entre le duc de Savoie et le roi de France. Il vit retiré à cause de son grand âge; cela l'a amené à réfléchir sur sa bibliothèque dont il a déjà parlé à Paladius et à Georges Sigismond. Il n'y a rien qui lui soit plus agréable que de voir sa bibliothèque passer entre les mains de la famille de Zástřizly; ce qu'on lui en donnerait irait à sa famille et aux pauvres. Sur les voyages de Georges Sigismond en Italie et en France.

Gotha, LB. MS. 404, fol. 179—181. Brouillon avec corrections autographes. Ibidem, fol. 132—133. Copie contemporaine.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 276v—279v. Copie.*

Theodorus Beza gratiam et pacem a Domino. Dubitare me non patitur pietas illa singularis tua, illustris et generose mi domine, quin licet tibi minime desit, quod te in communi adversus illum immanisimum hostem periculo publice et privatim dies et noctes exerceat, saepissime tamen de huius quoque civitatis ecclesiae et scholae statu cogites. De istis igitur sic habeto. Genevam idem ille opt. max. Deus et suorum servator, qui tot iam annos sua unius tum potentia tum clementia servavit, adhuc porro tutatur. Triplex illud flagellum, belli videlicet, pestis et caritatis annonae admirabiliter plane moderatur. Nam et a contagione, plaeisque viciniae locis grassante, nos ne tentari quidem passus est. Et continuatis cum hoste, quo tum potentissimo tum inimicissimo undique circumvallamur, induciis, mediocre nobis quietis speciem, bello quoque inter Gallum et illum nobis vicinum principem non procul a nobis accenso et quotidie magis ac magis fervente, ad hunc usque diem concessit. Annonae denique penuriam sic temperavit, ut ipse quoque hostis habeat, quod nobis invidet. Sed ut suos novit Dominus admotis etiam stimulis subinde expergefieri oportere, nobis profecto nec antea defuerunt *πολλὰ τοῖς ἐσθλοῖς*, ut ait ille vates, *λυγρὰ μεμιγμένα* necque nunc desunt multo asperiora, quae nobis imminere videantur. Ut enim omittam illam, quam et millies iam antea et recenter quoque experti sumus, fluxam vicini fidem, quae facit, ut in ipsis induciis, vigilantia operosiore (laboriosiore) pene quam aperto bello sit nobis opus iam inde ab huius belli initiis, quo tam repente et contra ius omne appetiti sumus, ut nisi insperatum nobis auxilium aliunde supervenisset, opprimi nos pene fuerit necesse non aerarium modo, sed etiam quicquid desumi ex publico et a privatis plaeisque potuit, plane fuit partim nobis ipsis tuendis, partim eius vicissim rebus adiuvandis expositum, a quo tam opportune tantum acceperamus beneficium ad retinendam eiusdem benevolentiam, cuius praecipue metu vicini illius nostri odium et ferocia coercerentur. Itaque satis intelligi potest, crescentibus una cum bello bellicis sumptibus. in quas *ἀχρηματείας* difficultates, haec per se tam tenuis Respublica incurrerit, non tantum istis sumptibus exhausta, verum etiam (quod huius mali caput est, satis quidem prospecti, sed quod vitari tamen nullo modo potuit) externis etiam non paucis creditoribus, et quidem praepotentibus obstricta. Ad haec accedit et illud summum incommodum, quod Rex, etsi temporis quidem illius sumptus sicut convenerat, sibi et quidem merito imputavit, quorum si bonam saltem partem nobis ex pro-

misso persolvissset, non deesset, quo creditoribus plerisque, quod iustissime sibi debetur, reposcentibus, aliquatenus saltem satisfieret. Sed in isto perpetuo Galliarum rerum tam turbulento statu mirandum non est, illi non sane, ut arbitror, optimam et suo tandem, ut sperare audemus, tempore reipsa praestandam voluntatem, sed facultatem adhuc defuisse. Nos interim opt. max. Dei toties experta bonitate ac etiam iustissimae et prorsus necessariae nostrae defensionis quam iustissimis causis freti et stetimus adhuc et deinceps, ut sperare nos ipse iubet, in eum, quem tandem dabit exitum intenti perstabimus. Hac autem in re nos illud quoque confirmat, quod tam feliciter et citra sanguinis effusionem dedita nunc ultro in Regis fidem Armorica, quam vocant, Britannia, quae unica provincia adhuc pacanda restabat, non temere speramus futurum, ut Gallici regni tranquillitas, si Dominus illam bonorum tandem precibus concesserit, tum subditos ipsos suo regi domi reddat, sicuti par est, obsequentes, tum foris communem illum hostem, quantumvis inexpleta ambitione furentem, ad saniora consilia vel invitissimum pertrahat. Habes, generosissime domine, plenam nostri publici status narrationem, quae te inter caeteros sat scio magis ac magis ad preces pro nobis concipiendas accendet.

Ad me vero privatim quod attinet, facit quotidie ingravescentis aetatis imbecillitas, licet a saevis illis omnibus morbis, qui senectutem fere comitantur, adhuc plane immunis, ut in publicum rarus prodeam, in hoc unum pene intentus, ut in ipso portu minime impingam. In hoc autem statu me totum sicuti par est versantem, quaedam de mea quoque Bibliotheca subiit cogitatio, haeredibus, quos in patria habeo, nulli usui futura[m] et quam tamen hic me defuncto in varias partes distrahi minime velim. Qua de re rogo, ut ex ipso d. Paludio cognoscere non graveris, quid inter nos, adhibito etiam dno Sigismundo, sit actum et quod illi tam fore tibi non ingratum confidunt, ut illam etiam iam nunc istic transportandam censuerint, paucis quibusdam mihi servatis libris, qui in hac aetate mihi ad reliquum huius mei curriculi spatium conficiendum sufficiant et qui bona fide tunc aut etiam citius reliquos subsequantur.¹ Est autem res omnis in tuo, mi generosissime domine, arbitrio posita. Hoc enim vel unicum mihi satisfaciet, imo permagna me laetitia afficiet, si a me ad tam illustris familiae dominium pervernerit. Quod si, non sane ut venditionis pretium, sed ut tuae benignitatis testimonium huc mittendum propterea censueris, missum illud omne velim, ut non mihi, non liberis vel agnatis, quos hic nullos habeo, non meis, qui in Gallia supersunt et quibus ultro patrimonium iam olim meum cessi, sed partim viduae meae carissimae et honestissimae, partim pauperibus missum arbitr[ab]eris. Caeterum quoniam cogitare te, et quidem merito, de dn. Sigismundi, patruelis tui, continuanda in Galliam peregrinatione ex ipsi adiuncto monitore dn. Paludio

¹ J. Paludius écrivit à cette occasion à Th. de Bèze: «D. Venceslao discendenti perpetuam tui nominis memoriam in immortalis opere tuo poetico. Sed ut augeres beneficia tua, voluisti et d. Sigismundo relinquere singulare aliquid et quidem bibliothecam tuam. Quanti hoc faciendum? Intelliget et Sigismundus et eius familia per sese. Et intelligent magis atque magis per me, qui et tui et Zastrizellorum singulari quodam naturae instinctu sum studiosissimus, candido et toto pectore. Si paucis multa dicere possum.

Offero igitur pro illo, quod petis, sexcentos coronatos, quos statim ad nudinas ex puro auro solvam, nam citius magnam istam summam ad peregrinandum destinatam accipere nolo propter magnum lucrum, quod mercatores petunt. Neque tamen ita debet esse soluta bibliotheca, sed plura a nobis intelliges.» (Genève, Archives Tronchin, autographe.) La lettre ne porte pas de date, mais il faut supposer qu'elle avait été écrite au début 1598, car au mois de mars on parle déjà de la bibliothèque. Voir No 238.

cognovi, quod etiam satius futurum existimo, quam si in Italiam proficiscerentur, non dubito, quin quibus in locis diutius versari debeant, sapientissime constituas. Quocunque autem eos loco manere volueris, absit, ut ea de re admonitus, ullum illi in me, summe alioqui ingratum futurum, officii genus in ipsorum apud amicos meos sive in ipsius Regis aula sive alibi commendatione non inutili fortasse futura merito requirant. De hac autem ipsorum peregrinatione bene sperare me iubet tum praesens Galliae, pace praesertim cum ecclesiis, ut audimus, facta, pacatior quam antea fuerit status, tum ipsius d. Sigismundi docilitas et erga monitorem observantia, tum imprimis d. Paludii in ipsius discipuli sui tam studiis quam bonis moribus informandis, perpetuo intentus animus. Bene vale, illustris et generosissime mi domine, et nos precibus tuis Deo optimo, maximo et unico Servatori nostro magis ac magis commendare perge, sicut illum vicissim toto pectore precari non desinimus, ut vos istic omnes invicto illo suo robore adversum immanissimum illum Christiani nominis hostem, vestris cervicibus imminentem, quam potentissime tueri et conservare pergat.

Genevae 21. Martii vetere calculo anno ultimi temporis 1598.

224.

1598, le 20 juillet. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: Il est très heureux que sa bibliothèque soit heureusement parvenue en Moravie. Il possède encore un livre très précieux, à savoir le Pentateuque juif qui avait été rédigé à Constantinople, il y a longtemps, en traduction arabe, persique, grecque, latine et espagnole. L'édition de ce livre serait d'une grande utilité pour l'Eglise chrétienne. Il est disposé à céder le livre aux Zástřizl en cas où ils voudraient l'éditer et aider par là aux études chrétiennes.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 279b—280v. Copie contemporaine.*

S. Bibliothecam illam, mi generosissime domine, ad vos iam pervenisse gaudeo, et quod tibi tuaeque familiae grata sit, mihi gratulor. Sed praetermittere nolui aliud quoddam observantiae erga te meae genus, de quo tamen etiam pro arbitrio tuo statuas. Ante aliquot annos incidit in meas manus, non casu certe, sed divina providentia sic ferente thesaurus meo iudicio non parvus, lex videlicet divina, quam Pentatheucum¹ appellant, Constantinopoli sumptibus Judaicae Synagogae, quae illic est et Adrianopoli frequentissima, adiuncta interpretatione Arabica, Persica, Graeca, communi et vetere Hispanica, omnia ante satis multos annos, in usum Judeorum per tot varias gentes dispersorum sicut inscriptio testatur, edita. Hunc thesaurum, quem maximi facio, existimaverim magni fore usus nobis quoque Christianis et vel propter novitatem fore, ut a permultis expectatur, neque adeo spissum erit opus, ut minus magnum sumptum haec editio requirat. Imo tales domino Paludio nostro monstravi rationes, ut sumptus facile ex distributione exemplariorum recuperari queant. Quod si nobilissimae vestrae Zastriselli-

¹ Pentateuque (Tora), ensemble de cinq premiers livres de la Bible contenant la doctrine de Moïse (Genève, Exode, Lévitique, Nombres, Deutéronome); il constitue la première des trois parties de la Bible, J ü d. L e x i k o n, Berlin 1930, vol. 5.

orum familiae placuerit huius editionis beneficio Christianum orbem afficere, id est eruditos omnes, peregrinarum illarum linguarum magis ac magis cognoscendarum desiderio accensus. Ecce vobis hunc quoque Thesaurum offero et libens dono, ut ex mea, nunc vestra bibliotheca prodeat in lucem. Cuius exemplaria hic retinui, quid super illa re tibi videbitur, expectans, et si tibi placuerit, ut hoc ipso in loco excudatur, omnem operam ultro et ex animo praestiturus, ut quam emendatissimum hoc opus edatur. De quibus vero omnibus coram plenius te commonefaciet dominus Paludius philophilus noster, cui consiliorum meorum rationem omnem fideliter exposui, et cui prae aliis quod scio, libentius tale committes negocium, quique aliorum quoque eruditorum censuram in hac tanta peregrinatione de hoc opere explorabit. Valde autem me affecit, quod ipse dominus Sigismundus has res intelligat, ipse curare velit ea, quae non tantum ad suae familiae splendorem, verum etiam ad bonum publicum spectent, et ita bibliothecam suam illustrare ac aliis notiozem reddere. Quod superest, rogo, ut hoc quicquid est, boni consulere, et quid de hac re tota constitueris, mihi vel per literas vel per dominum Paludium significare non graveris. Bene vale, generosissime domine. Genevae 10. Julii vetere calculo 1598.

Generosissimae Tuae Amplitudini addictissimus
Theodorus Beza.

225.

1598, le 3 août. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: Il sera toujours reconnaissant à M. Venceslas de tous les bienfaits qu'il lui a prodigués et parmi lesquels il compte aussi le séjour dans sa maison de son parent si aimable. En ce qui concerne sa bibliothèque, il accueillerait avec plaisir de la voir passer au bout de sa vie dans une famille aussi noble et aussi pieuse. Pour cette raison, il était d'accord à ce que Georges Sigismond l'expédie de Genève en Moravie et il veut la lui céder en tant que don plutôt que pour de l'argent. Il donnera volontiers des instructions à Georges Sigismond pour son voyage en France: il sait, en effet, que ses paroles tomberont dans un sol fertile. Sur la situation en France.

G o t h a, L B. M S. A. 404, fol. 182—184. Brouillon avec corrections autographes.

Generosissime domine, facit tuorum in me beneficiorum magnitudo, ut vix mihi constet, unde habere tibi gratiam incipiam, ubi vero desinam, nullo modo reperiam, ut qui de me bene mereri non desinas, sicut ex postremis quoque tuis literis cognovi. Illud autem vel unum tuum de me iudicium duco summi beneficii loco, quod me dignum censuisti, penes quem duplex illud pretiosissimum pignus, duos inquam illos generosissimos patruelles tuos deponeres, quorum etiam praesentia hospitium hoc meum et quidem repetita vice cohonestaretur. Ad hunc autem per se honoratissimum illorum conspectum accessit amabilis illa prorsus utriusque illorum indoles, probitas in ipso vultu elucens et comitas ac modestia plane singularis, et ut audio, nobilissimae toti Zastrisellorum genti conveniens, quibus quandiu frui mihi licuit, tamdiu summe fui recreatus. Sed et illud inter caetera mihi fuit quam iucundissimum illos, (quae rarissima est in tanti praesertim

generis adolescentibus virtus) obsequentissima docilitate cum adiuncti sibi et in moribus et in studiis monitoris d. Johannis Paludii fide ac diligentia veluti certantes intueri. De his igitur omnibus, generosissime domine, plurimum debere me tibi profiteor, quibuscum etsi comparata, quaecunque ipsis officia praestiti, perexigua sunt vel potius nulla. Velim tamen, immo etiam sperare ausim humanitate singulari tua fretus tibi non ingrata fore; nempe quod non in sese et qualia sunt, aestimatur, sed ut ex vera mea in te et illos observantia profecta. Caeterum quod ad illam meam bibliothecam¹ istuc transmissam attinet, ita se res habet. Annum iam octuagesimum agens et quod ad publicum ministerium meum obeundum attinet emeritus ac proinde humanioribus omnibus studiis pene abdicatis paucis libris egens et in meditando pene uno ex hac vita exitu occupatus, adde etiam, quod non paucis collegis meis acciderit emeritis cogitans, quorum libri post eorum obitum auctioni publicae de mora saepe subiiciuntur, de illis potius vel semel vel per partes adhuc superstite me distrahendis rationem inire coepi. Haec cogitare me quum generosissimus dominus Sigismundus et dn. Paludius alicunde certe potius quam ex me cognovissent, agere mecum de illa semel coemenda coeperunt, cuius apud se conservationem propter nomen quaecunque meum sibi honorificiam fore existimarent. Ego vero diligenter praemonitis illis, ne fortasse pro thesauro carbones, ut aiunt, nanciscerentur, spectandam ipsam et ex librorum catalogo considerandam exhibui et illa comparanda perseverantibus immo etiam id, quod ex illis postea cognovisti, pretium offerentibus respondi ingenue nihil amplius omnique pretio pretiosius ne optari quidem a me posse, quam ut in tam generosam atque adeo tam sanctam familiam istud meum quaecunque *μνημόσυνον* transiret quamquam propterea non proprie ullius emptionis iure tanti praesertim aestimatam, sed dono potius ultro tradere possident.

Ita factum, ut illi pauculis, quos apud me adhuc retinui libris retentis, ad vos itidem, suo tempore, Deo dante, transvehendis, illi[?] nundinarum occasionem^a illam a me sibi traditam istuc transportandam curarint. Ego vero, generosissime domine, in eadem adhuc sententia persevero, et si modo ratum istud apud vos fuerit, summum hoc quoque nomine beneficium me a vobis sic accepisse non autem ullum in vos contulisse existimabo. Caeterum, quod sapientissime petis, ut generosissimum dominum Sigismundum patrualem tuum, vestro iam mandato Galliam ingressurum iis monitis ac etiam commendationibus instruam, quibus illam peregrinationem feliciter ipsi praeunte numine obire possit, scias velim, hic quoque me officio meo minime defuturum, neque id frustra, sicuti plane confido. Aut enim, quod absit, a se ipso cuius modi sese adhuc apud nos praestitit, prorsus ille dissenserit, aut si, quod potius futurum confido, ea, quae in ipso videor animadvertisse maximarum virtutum semina cum aetate accreverint, multo rediturus est ad vos corporis animique dotibus adultior, singulare tandem futurus ipsi nobilitati suae totique patriae ornamentum, ad quem etiam praecipuum scopum, ut huius suae iuventutis cursum dirigat, illum sedulo cohortabor.

Ad res Gallicas quod attinet, undique intelligimus incredibili cum omnium laetitia exceptam pacem illam interduos illos reges potentissimos initam, sed et ecclesiis edicto regio concessa tandem est ea conscientiae libertas et hominum securitas, in qua merito conquiescat, si modo, quod rex ipse sese omnibus modis

¹ Voir aussi Nos 223, 224, 238, 239 et 246.

^a Illisible.

effecturum pollicetur, possit ab adversariis vera illius edicti observatio extorqueri. Denique si nihil hic fraudis subest, merito in hanc exclamationem Gallia tota eruperit. A Domino vere factum est istud et est admirabile in oculis nostris! Sumus autem et nos, ut et Sabaudus ipse princeps in ea pace comprehensi, quam etiam heri Cameriaci ab ipso Sabauda inter regii legati manus solemniter iuratam fuisse arbitramur. Adhuc tamen ab saevis non tam militibus, quam sceleratis praedonibus circumcingimur, a quibus quum essent duo ex ipso nostro collegio intercepti, unus quidem fuga Lugdunum evasit, unde brevi salvum illum nos recepturos speramus, alter vix potuit quadringentorum aureorum pretio redimi. Quid sit sequuturum, ipsa docebit experientia. Nobis autem utcunque res cadat, daturum illum Deum et Servatorem nostrum speramus, ut in ipsum unum intenti fortiter vestris quoque et vere piorum omnium precibus freti, quidquid nobis oneris imposuerit, perferamus. Bene vale, generosissime domine, sub illius tutissimo praesidio una cum tuis omnibus, quibus omnia quam felicissima ab opt. max. Deo et Servatore nostro precari non desinimus.

Genevae 24. Julii vetere calculo 1598.

226.

1599, le 13 mars. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien: il a bien reçu l'argent pour sa bibliothèque et, pour cette raison, il rend l'obligation de Georges Sigismond. Il fera tout le nécessaire pour expédier à temps utile le reste des livres. Georges Sigismond a envoyé sa dernière lettre de Dieppe, avant son départ pour l'Angleterre. Il lui est impossible d'exprimer suffisamment sa gratitude envers la famille de Zástřizly; il prie donc Dieu qu'il protège les Eglises moraves et tous leurs pieux protecteurs.

G o t h a, LB. A. 404, fol. 136—137. Original avec signature autographe.

Magnifice mi domine, significavit mihi Calandrinus, Italus tibi non ignotus mercator, persolutam sibi abs te fuisse illam pecuniam, de qua mecum generosissimus dominus Georgius Sigismundus, auctore ipso domino Paludio, quidnam [?] pepigerit, antea cognovisse te arbitror. Et plenissime rursum ex ipsa illorum syngrapha intelligas, velim, quam ab iis mihi nihil minus petenti neque expectanti post suum a me discessum missam, confido te, una cum hisce literis ab eodem Calandrino accepturum. Reliquos autem libros, mihi ad usum adhuc meum relictos, ut sunt in peculiari catalogo ab eodem Paludio descripti, curabo, Deo favente, tam diligenter asservandos, ut possint suo tempore vobis istic presentari itidemque illa duo praeterea dolia, quae hic apud me relinquerunt, simul atque mandaribus, tradam istuc devehenda. De iis ipsis autem, ex quo Lutecia discesserunt, hoc tantum est ad me Rothomago et Dieppa, extremo si bene memini Januario perscriptum, illos ibi ad traiciendum in Angliam fuisse paratos.¹ Quibus optatissimum ad vos usque reditum ab opt. max. Deo et Servatore nostro

¹ Le 18 février 1599, il était encore à Londres (Georges Sigismond donne ce jour une obligation à Jean Castello à Londres, pour une somme de 100 écus d'or français. — W o t s c h k e, p. 153). Le 1^{er} juillet, cependant, il était déjà à Boskovicce (G o t h a, MS. 404, fol. 190, 533).

precarî non desinam, donec eos vobis salvos et incolumes esse restitutos intelligam. Interea vero, mi generosissime domine, fatetur Beza, sese ornatissimae tuae dignitati totique inclytae dominorum Zatrisselorum familiae sic esse obstrictum, ut ne habendae quidem vobis gratiae ullo modo par esse possit, Deum opt. max. toto pectore precans, ut unicus ille Deus et Servator noster suas istic omnes ecclesias et religiosissimos earum fautores ac nutritios quam potentissime et quam foelicissime adversus omnes utriusque Antichristi iniurias tueri perpetuo dignetur.

Genevae 13. Martii anno postremae Dei patientiae 1599.

Generosissimae Amplitudini Tuae addictissimus

Theodorus Beza.^a

227.

1600, le 11 mars. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly l'Ancien à Boskovice: à Genève, tout est dans le même état que lors de la récente visite de M. Venceslas: on pourrait même dire qu'il y a plus de calme, quoique la crainte du voisin savoyard y soit toujours présente. Sur la vieillesse et sur l'édition du précieux Pentateuque.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 401v—402v. Copie contemporaine.*

Gotha, LB. MS. 404, fol. 123. Copie contemporaine.

Quae tu vero, magnifice et generosissime mi domine, pro beneficiis in te et tuos collatis numeras, ego optimo iure pro receptis a te recenseo, Deum opt. max. precatus, ut eorum, quae nec mente quidem satis complecti possum, meminisse illo supremo saltem die dignetur, quo se testabitur pro acceptis habere, quae fuerint in suos collata. Ad res autem nostras quod attinet, adhuc ea est singulari Dei beneficio Geneva, quam vidisti, quum hic esses. Imo etiam quod ad externam speciem attinet, pacatiore quodam statu, sed prorsus adhuc quod ad nobis, ut tu nostri inhaerentem et velut affluxum illum principem attinet incerto,^a utpote cuius nec avitum in nos odium, adversus huius Reipublicae libertatem conceptum, Dominus ille noster unicus custos imutavit neque conatus sic infregerit, ut minus quam antea sit ab illo nobis metuendum, quamvis in hoc ipsius cum rege ipso Galliae congressu conatum illius de alienando a nobis regis animo cohibitum adhuc fuisse intelligamus. Quod autem toties ad hunc usque diem haec experta est, si quae alia sub coelo civitas, id nobis nunc quoque non defuturum perpetua Dei et Servatoris nostri in nos clementia et benignitate freti confidimus. Invictum videlicet eius praesidium, qui oppressos insontes explorat quidem etiam quam severissime, sed nunquam profecto derelinquit. Sed precibus certe nobis si alias unquam opus est, qua in re petere abs te quoque et sanctis omnibus vestris

^a « Generosissimae ... Beza » — écrit de la main de Th. de Bèze.

[Adresse]: Magnifico et nobilissimo domino d. Wenceslao Morkowsky de Zastrissel, domino in Boskowitz et Letowitz etc. S. C. M. a consiliis bellicis domino mihi summe observando.

^a Sens obscur.

^b Reproduit dans: Th. Wotschke, p. 156, No 29. La partie « Imo etiam velitis » y est supprimée.

coetibus, pro vestra illa toties perspecta in nos vere Christiana charitate non dubito, ut vestras etiam pro nobis asiduas preces nostris adiunctas esse velitis.^b

Ad meam vero valetudinem quod attinet, de qua scio te quoque cogitare, ea talis est, ut quamvis adhuc singulari profecto Dei beneficio aliquatenus possim domesticis studiis vacare, crescente tamen magis ac magis omnis cibi fastidio penitus a publico abstinere cogar, in hoc unum intentus, ne in ipso (quod aiunt), portu impingam, quod mihi concessurum esse benignissimum illum unicum Servatorem sperare non desino, praesertim si, quod rursus abs te confidenter petere audeo, eo me magis ac magis properantem precibus illis tuis adiuveris, vicissim illum toto pectore precatus ego, ut te et tuos et sanctos suos istic omnes invicto illo praesidio suo perpetuo domi et foris in omnibus periculis tutari et omnibus sancti sui Spiritus donis cumulos conservare, magnifice et generosissime mi domine, dignetur. Bene vale, in quam etiam atque etiam, mi domine, et nos amare perge.

Genevae Calendis Martiis anno ultimi temporis 1600, qui utinam feliciter tibi vobisque istis omnibus illuxerit.^c

Magnificae Amplitudini et Dignitati Tuae addictissimus

Theodorus Beza.

Pene omiseram, quod minime praetermissum oportuit, de illo sextuplici Pentateucho, nempe Hebraeo, Chaldaico, Arabico, Persico, Graeco, vulgari et Hispanico vetere, de quo tecum, sicut hic inter nos convenerat, Paludius noster egit, ut si tibi, magnifice mi domine, et dominis agnatis tuis ita videbitur, nomine et sumptu vestro in lucem prodeat ex vetere exemplari ab orientalibus Iudeorum synagogis ante non paucos annos Hebraicis characteribus excuso et quod, admirabili Dei providentia in manus meas incidit, de hoc, inquam, Pentateucho sic habeto. Omnia illa sunt hebraeis characteribus, additis etiam quae vocant punctis impressa. Et idem observandum esse arbitror, si recudantur, ut eo facilius ab omnibus Christianis Hebraeae linguae peritis ista legantur. Sed et praetermitti poterit Chaldaica interpretatio, iam antea pervulgata. Nec fortasse necesse fuerit veterem illam Hispanicam adiici. Neque regis Salomonis commentarium isti exemplari adiectum putarim recudendum. Et sic non ita magno sumptu in hac editione fuerit opus. Sed inprimis illud curandum erit, ut peritus quispiam peregrinarum linguarum huius sit operae inspector et re tota quam diligentissimo et omnibus ad hoc opus magnifice recudendum necessariis instructo commissa et Graeca quoque translatio Graecis characteribus accurate exprimat. Qua de re simul atque statueritis curabo, Deo favente, ut ad vos omnia tuto perferantur, minime dubitans, quin et magno totius Ecclesiae commodo celat haec editio et illustri toti Zastrizeliorum genti ornamento.

Idem totus tuus

Theodorus Beza.

^c La date est indiquée selon l'ancien calendrier.

[s. d.]¹

Les vers de Théodore de Bèze pour l'építaphe de Venceslas l'Ancien de Zástřizly à Boskovice.

D'après la dalle de marbre à l'église de Boskovice.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 124. Copie.

B r n o, StA. G-10, No. 48; G-13, No. 23. Copies modernes.

Deo uni et trino opt. max. illi^{mae} ac antiquissimae nobilitatis viri domini
Venceslai Morkovsky a Zastrisell inclytae memoriae S.²

En multa quam pulcherrima,
En multa quam rarissima
Dignare quaeso pauculis
Vocali ab isto marmore
Viator adstans discere.
Sepultus hic jacet loco
Ille ille Zastrisellius,
Wenceslaus praenomine,
Omnis decus Moraviae
Stirpisque nobilissimae
Laus magna Zastrizeliae,
Magno senator caesari
Suaeque fulcrum patriae,
Malis informidabilis,
Communis inopius parens
Verique cultus numinis
Assertor usque sedulus,
Bonis amatus omnibus,
Bonorum amans et omnium,
At quaeso tam raras aves

Hinc avolantes tam cito,
Etiam auferuntur quum senes,^a
Cur invides coelum solo?
Imo, inquit e coelo Deus
Cuius momenti talia,
Quid uspiam quid cupiam,
Ipse invidere censeas,
Cum me penes sint omnia
Dantem auferentem cuilibet,
Justo mihi quicquid libet.
Nec huncce Zastrizelium,
Quod imperite somnias,
Iratus abstuli solo.
Immo solo sic erutum
Mundique dereptum salo
Coelo misertus intuli,
Meis ubi iam cernitur
Post longa sedes secula
Suo adfuturis tempore
Parata Zastriselliis.

T. B. G. F.^b

¹ Probablement en janvier 1601 à Genève.

² Sur le poème voir No 261.

^a Le sens est obscur.

^b Theodorus Beza, Genevensis filius?

Venceslas de ZÁSTRIZLY le Jeune

1595, —. Bâle.

*Venceslas de Zástřizly le Jeune*¹ à Charles de Žerotín: sur ses travaux littéraires inspirés par l'exemple de Žerotín, notamment par son discours « *De vera comparanda gloria* ».

Imprimé: Venceslai M. a Zastrizel iunioris Exertitium ad illustrem et magnanimum Carolum a Zerotin. Basileae 1595. Typis Conradi Waldkirchii 8°.

Quoties orationem lego tuam, quae est de vera comparanda gloria² quamque sub magno illo Sturmio magna tua cum laude habuisti (lego autem saepissime studiorumque meorum cursum ad illam conformo) toties in mentem venit Senecae illud dictum, quo leves appellat eos, quos non stimulet gloriae decus. Praeclare vero ac graviter mihi dixisse videtur Seneca. Etenim gloriae qui nullo trahuntur studio, virtutem non curant, at virtutem qui non curant, haud scio, quid isti curent: negligent animum, quo nihil est praestantius: se ipsi ignorant, quo nihil turpius: corpori serviunt, quo nihil magis est brutum ac belluinum. Sequitur ergo eos gloriae laudisque cupiditate qui ducantur, minime levibus, sed generosis praestantibusque animis praeditos esse. Atque causae sunt plurimae, quae nos omnes impellere possunt ac debent, gloriam ut appetamus. Primum enim cuilibet opera danda, murum illum aheneum, hoc est testimonium bonae conscientiae, ut consequatur: quo nihil in secundis pulchrius, nihil in adversis tutius, nihil maiorem quod adferre possit consolationem. Danda etiam opera, locum quivis in vita ut honestum et tenere et tueri queat. Quia ipse Deus discrimen esse vult virtutum ac vitiorum: ipse Deus singulis promerito convenientem vult tribui locum, praeterea exemplo, quod nostro alii quoque ad virtutum officia invitentur. Vita certe hominum maxima ex parte exemplis regitur. Ut enim exemplis malis multi redduntur deteriores, sic exempla bona multos ad studium flectunt virtutis. Sed illud stet in primis neque unquam animis excidat, perpetuum gloriae comitem esse debere modestiam: modestiam, inquam, quae libenter aliis partes cedit primas honestumque putat etiam in secundis aut tertiis consistere: quemadmodum exemplo suo Hippolytus apud Euripidem docet, qui, Non volo, modestissime inquit, summus esse in republica, sed secundus.

Summa petit fulmen, perflant altissima venti,

¹ Venceslas Morkovský de Zástřizly le Jeune fut envoyé très jeune encore en Allemagne pour apprendre l'allemand; en 1591, il fut inscrit à Vienne, plus tard à Brzeg; il étudia ensuite à Bâle et à Genève et, en 1603, il fut inscrit à Orléans (M. Černá, p. 552). Pour plus de détails, voir l'Introduction. Son testament, rédigé à Náměšť le 15 juillet 1613, le montre comme un disciple fidèle de Théodore de Bèze, dont les convictions n'ont pas changé depuis son séjour à Bâle. A la même époque Venceslas de Zástřizly à Boskovice, son cousin, se convertit au catholicisme. Jean Venceslas, fils et héritier de Venceslas Morkovský, reçut une éducation catholique. Cf. No 214/3.

² Voir No 230.

secundum poetam. Hoc gloriae studium, ex quo Laecedaemonii de virtutis futuro profectu iudicium faciebant, me quoque excitavit ad dulcissima literarum studia, ex quibus vera demum gloria parari potest. Prima fronte amara illa mihi fuere, nunc vero nihil illis dulcius. Nunc enim fructum eorum intelligo ac percipio: ita quidem, ut eorum ab amore cultuque non illecebris suis voluptas, non commodum, ne ipsa quidem valetudinis ratio deducere queat. Studia nos ad arduum illum atque praeruptum virtutis montem comitantur. Studia nomen nostrum ab oblivione atque interitu ad omnem posteritatem transmittunt. Studia sudoribus, ut quodam in loco Erasmus, emuntur, sed pariunt immortalitatem: vigiliis parantur, sed semel parta nunquam amittuntur: serius contingunt, sed ubi contigerint, tutissima simul et perennis est possessio. Sed ad te venio, illustris domine Carole, rationem illam exercitati uncularum mearum ut exponam. Studiis meis quum praeficeretur singulari quodam fato Ioan. Paludius, ex consiliis virorum praeclare meritorum Wolfgangi Amlingi³ et Laurentii Circleri, quibus immortales hoc nomine debebo gratias, coepi confestim Paludio ita volente in ipsis etiam itinerebus totum me stylo tradere ac quasi devovere omnia, quae a prioribus didicissem praeceptoribus, repetere inque stylum convertere, quando quidem hic maximus est diutini laboris in studiis exantlati fructus, posse aliquos tandem ingenii foetus dias in luminis auras producere. Initium feci autem a studio poetico, saepe illud quum audirem poesin esse fontem eloquentiae: ex poesi recte addisci linguam Latinam: poesin rudes animos excolere, ab humilium rerum studio deducere, ad egregios mores, ad excellentem magnarum rerum cupiditatem nos vocare. Ciceroni ipsi opulentam illam dicendi copiam suppetere, sicut ipse fatetur, non potuisse, nisi eam mansuetiorum Musarum quasi rore et succo subinde aluisset. Neque parum me movit exemplum tuum, qui propter eloquentiae studium tam diligenter in Virgiliana lectione versatus es, ut Virgilium pene totum primis tuis in annis memoriae mandaveris, quod vel inde patet: Argentinensium in academia Virgili Aeneid. primum librum recitasti, et recitasti (Sturmii utor verbis) voce clara, ore et gestu verecundo, tanta linguae volubilitate, tanta varietate vocis et distinctione non sententiarum solum, sed etiam verborum, ut non librum recitare, sed quasi commentariolo actionis illustrare visus fueris. Itaque sic ego procedebam. Exquisitas sententias de Virgilio decerptas et de Flacco poetisque aliis tacitus in animo versabam. Eas primum in orationem solutam mutabam, verbis quam poteram lectissimis ornabam, ut, cum eadem essent, aliae tamen viderentur. Rursus eas ipsas per imitationem et iucundam concertationem in distichorum brevitate redigere conabar, non tantum copiam acquirendi et ingenium exercendi causa, verum etiam in bonarum ac memorabilium rerum meditatione diutius ut detinerer. Quod quum feliciter processisset, quicquid postea in lectione aliorum auctorum occurrisset acuti, disticho ludendo quasi comprehendere sum conatus. Dici non potest, quantum in hoc styli genere situm, quantum mihi iucunditatis, quantum utilitatis peperit. Hoc exercitium studia mea alit, ad graviora invitat, delectat domi, non impedit foris, pernoctat mecum, peregrinatur, rusticatur. Factum inde, ut mediocrem copiam utriusque orationis locorum communium, qui mihi inserviunt, quicquid etiam scribere aggredior, comparaverim: unde et haec centum disticha heroica deprompta sunt, quae nunc sub nomine tuo in publicum prodire patior. Mihi vero crede: nunquam ea luce iudicassem digna, quia disticha

³ Wolfgang Amling (1542–1606), recteur de l'école de Zerbst. Il soutenait des querelles dogmatiques avec J. Andraeus (Jöcher I, 346).

tantum sunt et in meum usum conscripta, nisi in luce versari iam diu exoptassem meam erga te summam observantiam et meum erga literarum studia ardorem. Accedit, quod intellexerim ex patruo sive potius patre meo domino Venceslao Morkovsky Zastrisell aliisque amicis tuis magnam te ex hisce studiis, quae sibi ab humanitate nomen asciverunt, capere voluptatem. Quotidie fere solere te a gravium rerum tractatione in ea, quasi in amoenissimum hortum divertere. Ubi modo oratorum, modo poetarum, modo historicorum scripta te mirifice delectant, ut ita rara sit hora, quam non in literis cum virtute traducas. Quam vitae tuae rationem, qui ignorant, mirantur scilicet, unde tibi in adversis, quae superiore tempore acciderunt, fortitudo tanta, unde robor illud animi. Quid? Vir bonus semper sibi similis. Vides occasionem habere me digrediendi in caeteras tuas virtutes, sed ne assentari videar, quod a me alienum, abstinebo. Ne de liberalitate quidem tua dicam, quae erga plurimos ita innotuit, ut non, qui eam laudet, assentator, sed, qui non laudet, malevolus merito existimetur. Omnino datum hoc vestro generi divinitus videtur, Zerotiniis nascentibus, vere praestantium virorum numerus ut augeatur. Patere obsecro, antequam concludam, ut paucis tibi referam, quid alii de te sentiant. Quidam tui observantissimus virtutumque tuarum admirator locum illum ex Iovii historia de Cosmo Medice in te accomodavit, qui sic habet; Ipse Cosmus, inquit Iovius, ut erat incomparabili iudicii gravitate infinitaque prudentia supra caeteras res omnes, studiosis egregiisque rerum scriptoribus favendo donandoque immortalitatem literarum beneficio, gloriosa quadam aviditate concupivit, quod cives, quibus ipse permulta pecuniae atque honorum beneficia contulisset, vel immemores aliquando futuros vel omnino interituros diceret, itemque praetoria, villas templaque a se regio sumptu aedificata haud multo post vel temporis vel hominum iniuria labefactari posse ac absumi penitus arbitraretur. Hactenus Iovius. Mihi hic nihil iudicii sumo: licet affirmare possim, nihil magis spectare ad tuas laudes, et fortassis prolixior fui quam debui: sed vehemens affectus modum nescit. Salutem adscribo officiosissimam principibus patriae viris, domino Friderico a Zerotin promarchioni et domino Hyneck a Waldstein archicamerario, cui quantum debeam, memini semperque meminero. Qui ambo illud confirmant Ciceronis: Verum decus in virtute positum esse, quod illustretur magnis in rempublicam meritis. Vivant, valeant et tu cum illis, Carole Pieridum gloria summa, vale.

Basileae, ex aedibus viri clarissimi omniumque bonorum studio dignissimi doctoris Ioannis Iacobi Grynaei 1595.

230.

1596, le 26 mai. Genève.

Venceslas de Zástrizly le Jeune à J. J. Grynaeus: à la nouvelle de son élection au poste du recteur de l'Université de Bâle, on se souvenait chaleureusement de Grynaeus pendant un banquet chez M. de Bêze. Il félicite l'Université pour cette élection et il envoie à Grynaeus l'épigramme qui lui a été dédié par M. de Bêze ainsi que la réponse qu'il y a faite. Il travaille toujours à son ouvrage « De viro nobili » et il est curieux de connaître l'avis de Grynaeus.

Bâle, ÖBdU. MS. G. II. 12, fol. 1129—1130. Original autographe.*

S. D. Magnifice et clarissime vir: Castilionoeum, qui liberos suos huc adduxit et qui communis noster est amicus, invitavimus ad coenam apud sanctissimum et venerandum senem d. Bezam. Factum est inde, ut inter caetera colloquia tui fieret mentio crebra et honorifica. D. Beza imprimis voluit nos poculum exhaurire in tui recordationem. Vocavit te virum magnum et doctorem talem, qui in omnibus rebus bene perspiciat scopum et viam ducentem ad scopum, quod non omnibus datum. Laudavit in scriptis tuis methodum et perspicuitatem. Gratum autem mihi praecipue extitit, quod audirem rectorem te creatum Academiae Basiliensis: quo nomine tibi quem semper colui et amavi, ex animo gratulor. Gratulor Academiae et tranquillitati totius vestrae rei publicae. Nota enim est tua prudentia, pietas, sapientia. Quis te rectore non bene regatur? Hac occasione scribendi ad te oblata, communicare tibi volui testimonium amoris erga me domini Bezae, cum et tu me ames et tibi omne gratum, quicquid a Beza proficiscitur. Epigramma nuper ad me scripsit tale, motus fortasse et dulcibus nostris privatis colloquiis, et quod in meo exercitio ipsius quoque iniecerim mentionem.

Beza ad Wenceslaum de Zastrisel:
Quem Musae iuvenem tanto amplectuntur amore,
Quantus erit, par ingenio quum advenerit aetas?
Nempe admiretur merito Germania quantum,
Wenceslae, tuus quod Beza et sperat et optat.¹

Licet vero poeta non sim et in versibus scribendis me eatenus tantum excrucierim, quatenus feliciter vellem in oratorio progredi studio, tamen conatus sum animi mei gratitudinem erga tantum virum exprimere in hunc modum:

Faxit Iova pater, Beza et quod sperat et optat,
Beza mihi qui nunc sideris instar erit.
Beza, tibi rursus, tibi corde medullitus imo
Comprecor ut vivas, comprecor ut valeas.

Tu pro mansuetudine et pietate tua omnia in bonam partem interpretaberis. Sed accipe praeterea tacitum quoddam votum meum. Totus nunc sum in scripto meo « De viro nobili » elaborando: cuius dispositionem ac methodum iam communicassem, si modum epistolae excedere voluissem. Quam avide hic expeto prudens tuum iudicium, quid tu me hic observare et vitare velles. Ego non dubito, quin d. Beza sit exornaturus aliquo programme, pro sua erga me benevolentia. Ego hoc specto, ut mihi sit haec exercitatio et aliis regula vitae et totius nobilitatis. Deo te ac tuos commendo. Vale et saluta honestissimam tuam coniugem et liberos nomine meo. Perscriptum Genevae ex eadibus dni Bezae 26. Maii stylo novo, anno 1596.

Qui te vere colit

Wenceslaus de Zastrisel,
iunior m. p.

Salutat te officiosissime d. Paludius.

¹ Les quatre vers que Th. de Bèze consacra à Wenceslas de Zástřizly dans « centum disticha heroica » sont publiés dans l'édition complète des poèmes de Th. de Bèze, p. 355, et dans « Oratio de viro nobili » par Zástřizl (paru à Genève en 1596), p. 64, où on peut lire aussi « Responsio Zastrisellii ».

1596, le 26 mai. Bâle.

Jean Jacques Grynaeus à Venceslas de Zástřizly le Jeune: en écrivant la dissertation « De viro nobili », il doit toujours avoir présent à l'esprit que ni la fortune ni les ancêtres n'accordent pas à l'homme une vraie noblesse; celle-ci dépend entièrement du Christ. Seule les élus sont des « nobiles ». Il félicite Venceslas de son séjour chez Th. de Bèze.

Imprimé dans: Venceslas de Zástřizl, « Oratio de viro nobili », Genève 1596, p. 11—12.

Generoso domino Wenceslao Zastrisello, Genevae in eadibus d. Bezae commo-
ranti, virtutum studio flagranti.

Σὺν τῷ Θεῷ. S. Generose domine Wenceslae, de nobili viro¹ si quid scribere animus feret, memento eius, quod divinitus dictum est: Nos neminem novimus secundum carnem, quod si etiam novimus Christum secundum carnem, nunc tamen non novimus. Soli electi nobiles sunt, quia in aeternum nobiles manebunt. Nobilitas eorum tota pendet a Christo: apud quem personae nullus est respectus. Etsi igitur paradoxum videbitur huius seculi hominibus, si dixeris non solos maiores (multum haud dubie dissimiles), multo minus opes (quae interdum pessimis obtingunt), minime autem omnium phantasmata cerebri φιλαντία dementati nobilem facere: sed commendationem Domini, qui servorum opera utitur prout ei visum est: verum tamen dices etiam irato mundo. Ego quidem progeniei generosae, nihil quum catababstis commune habens, tum plurimum defero, quum nobilium κατορθωμάτων administram esse video. Sed desino noctuas Athenas mittere. Gratulatus est Cicero² filio Marco Cratippi institutionem: ego vero tibi multo magis d. Bezae contubernium cur gratuler, habeo. Bene vale, una quum d. Paludio tuo. Dominus Jesus vitae et studiis tuis benedicat uberrime. Basilea 26. Maii anno 1596.

Tuus J. Grynaeus.

232.

1596, le 6 juillet. Genève.

Venceslas de Zástřizly le Jeune à J. J. Grynaeus: réfléchissant à l'histoire de Pyrrhus telle qu'elle est racontée chez Plutarque, il se rend compte qu'aujourd'hui même la plupart des guerres ne se font que par l'avidité et par le désir du pouvoir. La lecture de Plutarque n'a fait que de le déterminer à s'occuper de toutes ses forces à démontrer quelle est l'essence de la vraie noblesse. Il remercie Grynaeus de la lettre qu'il lui a écrite à ce sujet et qui lui a donné de nouvelles idées pour la dissertation.

Bâle, ÖBdU. MS. G. II. 12, fol. 1125. Original autographe.*

¹ « Wenceslai M. de Zastrisell Oratio De viro nobili. Ad virum vere illustrem d. Fridericum baronem Zerotinum, Moraviae promarchionem, cognatum suum » (paru à Genève, en 1596, chez Jacques Stoerr, imprimeur).

² Cicero, De officiis, I. 1.

Magnifice domine rector, vir reverende. Cum d. doctor Polanus, quem Basi-lienses nobis invident, certiores redderet de reditu nos suo, versabar in lectione Plutarchi,¹ scriptoris gravissimi, et incidebam in historiam, quam tibi recensebo vel potius in memoriam revocabo, additurus causam. Pyrrhus rex nihil aliud moliebatur quam expeditionem in Italiam; qua de re cum multum consultaret, Cineas tandem in hunc modum regem est affatus: Occupata Italia, rex, quid agemus? Vicina, inquit Pyrrhus, Sicilia est, dives insula et populosa et captu facilis. Quid tum inde, inquit Cineas? Traiciemus, inquit Pyrrhus in Africam et Carthaginem, quae tum erit ad nutum. Verum (inquit Cineas) ubi rerum potiti erimus, quid tum? Ridens Pyrrhus, in alto ocio (inquit), vivemus, bone vir, computabimus quotidie et mutuis inter nos sermonibus oblectabimus. Ecquid vero nunc obstat (inquit Cineas), quominus compotemus atque ocium inter nos traducamus, cum iam teneamus haec et citra negotium ad manum sint, quae per sanguinem, per multos sudores, per discrimina petiture sumus multasque calami-tates allaturi aliis et accepturi.

Haec historia, Deum immortalem, quam multis de rebus potest admonere multos. Quo fine alio nunc pleraque bella suscipiuntur? Nisi ex mera ambitione ac avaritia, ut potentiam suam augeant, et per eam in genus humanum homines non secus ac in bestias insaturabili furore grassentur. Me autem admonuit inprimis mei officii, cum me quoque Deus genere nobili ac pervetusto nasci voluerit, ut diligentius in proposito meo scopo versarer ac diligenter dispicerem scopum verae nobilitatis. Et tantum nunc effeci, ut primam, quod aiunt, manum d. Bezae jam exhibuerim. Tua autem epistola auro omni et argento extitit gratior: in qua asseris solos tantum electos esse Nobiles.

Fateor, quod res est, mihi in hujus materiae tractatione illud in mentem non venisse, licet pietatem ante omnia in viro nobili requiram tanquam basin ceterarum virtutum. Et arrisit quoque tua sententia dn. Bezae. Omnes pari sorte nascimur: solius Christi gratia distinguimur. Sed de his cogitabo posthaec amplius et altius aureum illud dictum, quod citas, perpendam; nos neminem novimus secundum carnem. Nunc te rogo ea, qua possum observantia, ne graveris pro amicitia nostra ac innata quadam humanitate tua, porro me beare tuis vere sapientibus epistolis, quae et tuae consuetudinis memoriam dulcem relinquere et in pluribus prudenter me informare poterunt. Vale optime, vir optime. Salutem honestissimae coniugi cum liberis tuis a me et d. Paludio, qui te quoque salutat. Genevae ex aedibus d. Bezae, 6. Julii stylo novo anno [15]96.

Tui observantissimus

Wenceslaus de Zastrisel.

233.

1596, le 10 novembre. Genève.

Théodore de Bèze à Wenceslas de Zástřizly le Jeune: il lui envoie les lettres promises à Nuremberg, comme convenu. Il le remercie une fois de plus d'avoir accepté son hospitalité à Genève. Sur la publication des poèmes de Th. de Bèze.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 195. Copie contemporaine.*

¹ Plutarchos, La vie de Pyrrhos.

Quas tibi promisi, mi domine Wenceslae, Norimbergam mitto, sicut inter nos convenit, ut illas a d. Constantino Fabricio¹ nostro acceptas, iis singulis reddendas cures, quibus sunt inscriptae. Mitto autem illas ita obsignatas, ut tamen eas facile possis reseratas perlegere et postea subiecta altera sigillo meo cera includere.

Ego rursus tibi magnas gratias ago, quod tenuem apud me tractationem tam boni consulere sis dignatus. Uxor mea et praesertim Catharinula nostra te subinde appellans salvere vos plurimum iubent; et hic simul omnes precamus, ut salvos, quo contenditis, vos pervenisse brevi audiamus. De nostris carminibus agas velim ex d. Monavi nostri et aliorum amicorum consilio. Ego superiorem noctem in somnis fere transegi. Spero me tamen, nisi quid deterius supervenerit, cras concionem habiturum. Vos quaeso amare me vicissim et Deo pergite commendare, qui vos domum usque incolumes perducatur. Genevae, pridie Calendas Novembris vet. calculo 1596.^a

Vester totus Beza.

234.

[1596]

Extraits des distiques de Venceslas de Zástřizly le Jeune.

Tiré de: Venceslai M. a Zastrisel iunioris Exercitium ad illustrem et magnanimum Carolum a Zerotin. Basileae 1595. Typis Conradi Waldkirchii 8°. Wroclaw. BU. 8 N 2129.

II. Fridericus a Zerotin.

Non decus est maius nec principe dignius ullum,
Quam si dicatur verae pietatis asylon.

IV. Carolus a Zerotin.

Semper eris felix, si Christi gloria finis
Semper erit, sine quo sunt somnia caetera vana.

V. Venceslaus Morkowsky a Zastrizel.

Non vis aut numerus Regnum tutatur ab hoste;
Praesidium Regni DEUS est Verbumque fidesque.

XIII. Ladislaus Velen a Zerotin.

Quod nisi nos vitam subito emendabimus, actum est:
Sacra docent, tot signa movent et poena probabit.

XXIII. Georgius Hodiczky ab Hodicz.

Virtutis studium multi in sermone relinquunt,
Nunc labor est paucis pietatem extendere factis.

XXV. Raphael Lescinius a Lesno.

Qui prodesse aliis non curat, iure meretur
hic homo non homo, sed turpissima bestia dici.

XXXI. Theodorus Beza.

Mite Deo placet ingenium, quia mitis et ipse est,
Si vis esse Deo similis, mitissimus esto.

XXXIII. Ioan. Iacobus Grynaeus.

Expers consilii vis mole sua ruit omnis,
Proximus ille Deo, ratio quem recta gubernat.

¹ Constantin Fabricius, prêcheur calviniste à Nuremberg, ami de J. J. Grynaeus. En 1597, il fut banni de la ville à cause de sa religion.

^a Chez Wotschke (p. 42), la date n'est pas modifiée.

- XLI. Iosephus Scaliger.
 Quod iuvat, exiguum est; plus est, quod laedit in aula;
 Ambigua infelix quincunque senescit in aula.
- LV. Ioachimus Camerarius.
 Qui tantum quaerunt praesentis commoda vitae,
 Accipiant tantum praesentis commoda vitae.
- LXI. Melchior Iunius.
 Cura vale, mentes hominum quae rodit et angis;
 Orborum pater est Deus et patronus egentum.
- LXV. Isaacus Causabonius .
 Quem metuam? Christo vivam duce et auspice tutus.
 Is confirmabit iusto mihi robore pectus.
- LXXIII. Laurentius Circlerus.
 Vidi ego spectatum iuvenem virtutis honore;
 Et vidi rursus mala per commercia labi.
- LXXIV. Felix Platerus.
 Cum bene res gesta est, dicatur gratia Christo,
 Ille potest parvo vel milite vincere nullo.
- LXXVIII. Amandus Polanus.
 In medio virtus, moderatus in omnibus esto,
 Si non ante diem vis dulcem abrumpere vitam.¹

235.

1597, le 6 février. Prague.

Venceslas de Zástřizly le Jeune à Théodore de Bèze: il a reçu la lettre et il souhaite à Th. de Bèze et à toute sa famille la protection de Dieu. Il séjourne à Prague avec son oncle mais, au printemps, il ira probablement en Hongrie pour y combattre pour sa religion et pour sa patrie dans le sens de ses efforts savants genevois. Son oncle était enchanté de la lettre et il compte envoyer Paludius à Genève pour donner l'expression à sa gratitude. Quant à la publication de ses poèmes, il y veille avec Paludius de manière que tout soit fait conformément à la volonté de Th. de Bèze. Nouvelles de Charles de Žerotín et de la guerre turque.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 156—157. Original autographe.

Salve plurimum, venerandissime pater et praeceptor. Talem me, inquis, agnoscis et scribendi officium tam diu intermittis? Exciditne tibi iucundissima nostra conversatio, quam toties et tot honorificis ad homines praestantes epistolis testatam reliqui? Fateor haec et iure mecum expostulares. Sed veniam merebitur illud, quod in patriam venerim, ubi non sine gaudio a nostris carissimis revertentes ex locis peregrinis excipimur et variis modis a meditationibus impedimur. Accepi

¹ « *Centum disticha heroica, in quibus totidem rationes vitae* » expriment de façon concise et poétique des idées de caractère religieux et didactique, portant sur des sujets très divers. Le distique No 13 fait allusion à la situation contemporaine déplorable, No 41 prend position contre la vie à la Cour. L'ouvrage commence par l'énumération des noms de 100 personnages auxquels l'auteur voulut manifester son estime. Cette liste de noms est significative pour ce qui est des relations et des connaissances de l'auteur. L'ouvrage est terminé par la devise: « Religio partiaequa decus mea cura, meum cor. V. M. A. Z. »

tuam cum aliis quibusdam epistolam et mihi et Paludio inscriptam, in qua de tuo statu et Catharinula nostra certiores nos reddis. Servet te et tuos Pater ille misericordiae ad nominis sui gloriam. Haec nunc Praga scribo, quia huc ad comitia regni profectus sum una cum domino patruo meo. Status meus is est, ut si Deo visum, ad futuram aetatem in Ungariam patriae causa sim profecturus Martemque cum Musis coniuncturus. Nosti enim, quid velit symbolum meum a te ipso, Melisso¹ et Posthio,² summis viris, celebratum. Religio mihi curae, quae me cum Deo coniunget et beatis inferet sedibus. Patria curae, ut nomen meum ab interitu, quantum ad huius vitae honores attinet, vindicem et familiae meae exemplo sim. Utramque curam non male regunt et regent dulcissima ista studia, quibus apud vos non sine fructu, non sine mea laude vestraque honorifica approbatione invigilavi, a quibus vel tuo nomine (qui tantam de me spem excitasti) non desinam, donec is, qui sum, desinam. Valde laetatur dominus patruus meus de tua ad se data epistola, magis vero de tuis erga me et familiam beneficiis. Respondebit suo tempore et forte rursus brevi etiam Paludium, tuum philophilum, meum praeceptorem tunc, amicum nunc perpetuum, ad vos mittet dn. patruus, modo patiat amplius suam conducere operam.

Ea occasione uberiore animi nostri gratitudinem erga te, quantum quidem in nobis, declarabimus. De poematibus omnia agam secundum votum tuum, communicavi ea cum amicis, ut licuit in itinere, melius nunc faciam descriptis exemplaribus pluribus. Tibi ne mora ista sit molesta, etiam atque etiam rogo. Paludius hac in re nihil patitur in se desiderari, tui in amore atque observantia omnium tuorum ardentissimus. Nunc mecum non est, sed cum Zerotinis visitandi et negotiorum causa. Addo hic, quod superioribus diebus illustri dn. Carolo ex secundo coniugio nata sit filiola. Ad publica quod spectat, affirmant imperatorem Turcicum diem suum obiisse et haeredem octo annorum reliquisse, narrant et alia pro nobis, quibus nondum certam habemus fidem. Comitata Pragensia nondum finita. Ex remotioribus interesse debuit Transylvanus, sed propter quaedam privata et publica negotia fieri id non potuit.

Tu rege consiliis actus, Pater Optime, nostros,
nostrum opus ut laudi serviat omne tuae.

Animus est scribere etiam ad collegas tuos, viros eximios et optimos. Ambigo tamen an possim per amicorum interpellationes. Te interim rogo, ne graveris omnes perofficiose salutare. Dn. Jacomotum inprimis et dn. Casaubonum. Hunc rogo, ut memor sit eius rei, de qua Paludius egit meo nomine. Dn. Lectium admoneo publico nomine, ne supprimat argutas et elegantes suas epistolas et aliquid tantum iudicio qualicumque meo tribuat, quod jam habet scriptum. Sed ad singulos scribam ipse. Pene oblitus eram honestissimae tuae conjugis et Catharinulae meae. Salvete, salvete plurimum et tu cum illis, mi pater, mi praeceptor, senex summe et venerandissime, de me bene merite. Scripsi subito Praga 6. Februarii anno 1597.

Qui te serio colit

Wenceslaus Morkowsky
de Zastrisel, iunior.

¹ Paulus Schede Melissus (1539—1602), poète, bibliothécaire à Heidelberg, gouverneur de Georg Erasmus Tschernembl (cf. H. Sturmberger, G. E. Tschernembl, p. 38—39).

² Jean Posthous (1537—1597), médecin et poète. Voir No 91.

[Adresse]: Celeberrimo et nobilissimo viro, domino Theodoro Bezae, fidelissimo Dei servo, domino suo et patri plurimum observando. Genevam.

1597, le 28 juin. Genève.

Théodore de Bèze à Venceslas de Zástřizly le Jeune: il remercie Venceslas de la lettre qu'il lui a envoyée de Prague et lui fait savoir que Georges Sigismond, son parent, occupera dans sa maison la même chambre que Venceslas lui-même y avait occupée. Un bon imprimeur de Genève travaille déjà à l'impression des poèmes de Th. de Bèze que Venceslas a jugés dignes de publication; il n'y manque que la préface de Venceslas. Le départ imminent de Venceslas en guerre fait des soucis à Th. de Bèze. Sur l'Académie de Genève, sur la paix dans cette ville. Sur la santé de Th. de Bèze.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 173. Copie contemporaine écrite de la main de Paludius.

Generosissime mi Venceslae, quas ad me Praga dedisti, recte mihi d. Lavinius reddendas curavit, ex quibus pergratum mihi fuit intelligere te salvum et incolumem eo usque pervenisse, nec minus mihi fuerunt grata et iucunda, quae de reliquo itinere statuque tuo ex d. Paludio postea cognovi. Quod autem adiunctum illi esse voluisti generosissimum d. Georgium Sigismundum, patruelem tuum, hoc etiam honore me dignatus, ut eum mihi *συνοικόν* atque adeo *δημοτράπεζον* futurum commendare non dubitares, novi summique in me collati beneficii loco semper erit, pro quo ingentes tibi gratias ago. Utrumque igitur perlibenter eo ipso cubiculo, quod tua quoque praesentia, cum hic apud nos esses, cohonestare dignatus es, excepi; quos etsi pro nobilissimi patruelis tui dignitate tractare mea haec tenuitas non patiat, ea tamen cura ac diligentia, Deo favente, fovebo, ut neque ipsi ullum in me situm officii genus sint desideraturi neque videri possim, quam de me spem in illis tractandis concepisti, fefelisse. Quod si longius etiam illis in Galliam videlicet progrediendum censueris,^a quod tamen prius non censuerim faciendum, quam alia sit illius regni facies, non sum eis variis ad amicos, qui adhuc illic mihi supersunt, commendationibus defuturus. Ad illam autem meorum tibi consecratorum^b *ποιημάτων* editionem quod attinet, inde quoque conjicio, quantum tibi debeam, qui meas illas nugae non modo tam benigne excipere non graveris, verum etiam non indignas esse existimes, de quibus quam speciosissime edendis et tum splendidissimo tuo nomine, tum etiam aliorum summorum virorum testimonio exornandis tam sollicito cogites. Vitam igitur illa tibi, si modo vixeris, potius quam mihi debebunt. Interea vero d. Lectio¹ nostro itidemque Jacomoto² et d. Paludio nostro visum est curare, ut hic potius haec editio fiat. Sic enim et ista cura liberaberis et, si quid forte in illis mutandum vel adjiciendum videbitur,

^a Quod si longius ... censueris — supprimé chez Wotschke.

^b consecratorum ... editionem — inversé chez Wotschke.

¹ Jacques Lect (Jacobus Lectius), 1560—1611, professeur de droit à Genève et membre du conseil municipal. A la préface du livre de poèmes de Th. de Bèze, il ajouta un poème à la louange de Venceslas de Zástřizly.

² Jean Jaquemot (Jacomotus), recteur à Genève en 1586, ajouta aux poèmes de Th. de Bèze la traduction latine de sa tragédie « *Le sacrifice d'Abraham* » et la dédia à Georges Sigismond de Zástřizly.

multo facilius et commodius res tota peragetur, Paulo Stephano³ praesertim id omne curante, cuius praelo iam res est comissa, quod tibi ingratum non fore confidimus. — Tu vero, quandoquidem tantam esse tuam in me humanitatem ac benevolentiam animadverto, velim, ut et praefationem,⁴ de qua iam te istic cogitasse non dubito et quaecunque praeterea amicorum testimonia putaveris, adjicienda, cum tibi commodum erit, ad nos transmittere non graveris. Sed de his plus satis.

Ad militiam autem illam Ungaricam abs te susceptam quod attinet, facis tu quidem, quod illustri tuae et maiorum tuorum nobilitati quam maxime convenit et hominem tum in ipsum Deum, tum in patriam vere pium decet, sed magnam tamen curam hic mihi amicissimisque tuis omnibus iniecit de vario bellorum discrimine cogitantibus. Sed age, cum recte omnino et religiose quidvis Dei gloriae et patriae incolumitati postponendum iudicares, macte hac pietate et virtute esto! Nos autem hic corpore abs te absentes, animo vero tecum praesentes precibus assiduis adjuvare te non desistemus, ut tandem immo brevi non desit, quod tibi gratulemur et de quo tecum summa cum laetitia opt. max. Deo et Servatori nostro gratias agamus. Preces autem illas cotidianas, quas a me postulasti, ecce^c ad te mitto, in Latinum idioma conversas, quibus adjicias licebit quaecunque tibi precanti sacer ille Dei spiritus ipse dictabit. At res denique nostras, quod attinet, etsi pergrande fuit Casaubonum nostrum. Monspeliensibus concedere, addita tum conditione, ut illi ad nos, illum quoties nobis videbitur repetentes, reverti liceat, permansit tamen nostra haec academiola in eo ipso, quem apud nos vidisti, statu et pacatus est adhuc huius civitatis per Dei gratiam status induciis cum vicino principe ad Octobris usque Calendas continuatis. Superest adhuc annonae caritas non parva, multo tamen quam plerisque in Galliae locis levior et quam brevi satis, quantum quidem conjicere possumus, copiosa futura messis allevabit.

Ad meam autem valetudinem privatim quod attinet, est quidem illa eius modi, ut miram in me Dei et Servatoris mei clementiam experiar, talis tamen, ut aetate magis ac magis ingravescente a publico fere abstinere cogar in hoc praecipue et pene unum intentus, ut tandem Deum mihi pro misericordia singulari sua in reliquo peregrinationis huius meae^d curriculo praeuntem secutus, in illum optatissimum portum appellam, qua in re, generosissime mi domine, volui, ut quod facere te non dubito, precibus assiduis me viribus laborantem adjuvare pergas, sicut vicissim benignissimum illum unicum patrem et Jesum Christum nostrum *μειστήν*^e precor, ut te tuosque omnes domi et foris pergat quam potentissime tueri et omnibus eximis sancti sui spiritus donis cumulare.

Bene vale, mi generosissime domine, cum universo sanctorum fratrum coetu. Genevae 18. Junii vetere calculo^f anno 1597.⁵

³ Les poèmes de Th. de Bèze furent imprimés en 1597 dans l'imprimerie de Paul Stephan (1567—1627) à Genève, sous le titre « *Th. Bezae Vezelii Poemata varia* ».

⁴ Dans la préface, Venceslas de Zástřizly décrit ses études et remercie son père, ses maîtres et ses protecteurs, notamment Charles de Zerotin.

⁵ Publié dans: Th. W o t s c h k e, p. 147, No 22.

^c ecce — supprimé chez Wotschke.

^d meae — idem.

^e Chez Wotschke: mediatorem.

^f « vetere calculo » supprimé; la date n'est donc pas modifiée selon le calendrier nouveau.

Georges Sigismond de ZÁSTRIZLY

1598, le 22 février. Cambridge.

L'Université de Cambridge décerne à Georges Sigismond de Zástřizly¹ le titre de magister in artibus et témoigne des hautes qualités de Jean Paludius, son gouverneur; elle avait l'intention d'honorer ce dernier du titre de docteur en droit, mais elle y renonça sur la demande explicitée de Paludius.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 219. Copie contemporaine.

Robertus Devorax,² comes Essexiae et Ewe, dominus Bourthier, summus Angliae marescallus, almae Cantabrigiensis Academiae cancellarius, magistri et scholares eiusdem; omnibus Christi fidelibus praesentes has litteras inspecturis, visuris, lecturis vel auditoris salutem in salutis Authore sempiternam. Ea semper fuit nobilium et procerum Anglorum in litterarum rempublicam et liberales artes animi propensio et munifica indulgentia, ut non solum fundatores et patroni hic apud nos honoratissimi, sed et sua ipsorum voluntate nostrorum honorum participes (quos sua claritate dignantur illustrare) et alumni extiterint ornatissimi. Ea propter hodie fere nemo est nobilioris notae, qui non modo Academiæ nostram suo nomine ornatam cupiat, sed et se nostris titulis (gradibus scilicet scholasticis) commendari facile patiat. Longum esset illustrissimos duces, comites, barones aliosque viros insignes commemorare, quibus honorificum visum est, non modo sedulam apud nos artibus ingenuis navare operam, sed et artium titulis et honoribus insigniri et tanquam Apollinis lauro coronari. Inter quos vivunt hodie, quos immortales precamur honoratissimus Essexiae comes, cancellarius antedictus omnium litteratorum patronus nobilissimus, Oxoniae, Ruthlandiae, Salopiae, Southamtoniae comites alique proceres et heroes quamplurimi, quibus perplacuit honore nostro academico suum auctiorem reddere. Horum exempla nos invitarunt, ut nobilissimo viro d. Georgio Sigismundo Prakschicky a Zastrisel, Moravo, domino Buchlouii et Seravitii etc. mores Anglicanos pernoscere cupienti et ad Academiam nostram Cantabrigiensem nono Calendarum Februarii advenienti, quem ex litteris et testimonio honoratissimi nostri cancellarii Musarum

¹ Georges Sigismond Praksčický de Zástřizly à Buchlov (1582—1614). En 1596, il étudia à Bâle et à Genève, en 1600, il fit un voyage en France, en Angleterre, en Belgique, aux Pays-Bas et en Allemagne occidentale. En 1596, A. Polanus lui dédia son ouvrage « *De regimine ecclesiae* . . . III. » pour être « auctor ut vera ac viva fide Christo soli adhaeras, Antichristum vero Papam Romanum perfecto odio prosequaris, persuasumque habeas, tantum Christo detrahi, quantum Antichristo tribuitur et defertur ». Georges Sigismond prenait, avec Charles de Žerotín, une part active à la vie politique en Moravie, notamment après 1608. Au moment de la Révolte morave, il était mort depuis cinq ans. Sa veuve s'efforça de maintenir sa famille dans la religion des Frères, ce qui eut des conséquences tragiques notamment pour son fils Milota (cf. F. H r u b ý. Eliška ze Zástřizl a na Buchlově; collection Královny, kněžny a velké ženy české, Prague 1940, ou le même, Moravské korespondence II, p. 8—9).

² Robert Devereux (Devorax), comte d'Essex (1567—1601), commanda en 1591 l'armée envoyée en France pour aider le roi Henri IV. C'est à cette occasion qu'il fit connaissance avec Charles de Žerotín.

studiosissimum intelleximus, honorem quem potuimus, gradum scilicet magistri in artibus deferremus, etsi tanto viro non satis dignum, nostri tamen officii et humanitatis testimonium, quod habemus, amplissimum. Aderat etiam una celeberrimus doctissimusque vir Iohannes Paludius adiunctus praenominato domino ephorus, cuius in iure praesertim civili singularis, ut accepimus, eruditio merito sibi doctoratus gradum vindicare poterat et propterea ipsi quoque a nobis oblatus fuit, sed quia certis de causis in praesentiarum abstinere voluntatemque erga sese nostram pro facto acceptare voluerit, huius rei mentionem praesentibus litteris iniicere statuimus, ut constaret, quo illum studio prosequimur. In quorum omnium et singulorum testimonium ac fidem has litteras nostras testimoniales conscribi et publico Academiae sigillo obsignari curavimus. Datum Cantabrigiae in senatu nostro vicesimo secundo die mensis Februarii, anno regni serenissimae in Christo principis ac dominae nostrae Elisabethae, Dei gratia Angliae, Franciae et Hiberniae reginae, fidei defensoris etc. quadragesimo primo, anno Domini secundum computum ecclesiae Anglicanae millesimo quingentesimo nonagesimo octavo.

238.

1598, le 1^{er} mars. [Genève.]

Georges Sigismond de Zástřizly à Théodore de Bèze: le jour où M. de Bèze lui a cédé sa bibliothèque restera pour lui un jour sacré. La bibliothèque sera le trésor de sa maison et il sera fier de la montrer à ses amis en tant que souvenir de Th. de Bèze. Mu par la reconnaissance, il lui en offre 600 écus d'or et une pension annuelle permanente pour son épouse.

G o t h a, LB. MS. A. 404., fol. 191. Brouillon.

G e n è v e, Archives Trochin. MS. No 50, p. 216. Original autographe.

Reverende pater, domine et hospes omni observantia colende. Dies hic, quo mihi in honorem familiae meae tuam bibliothecam¹ concedis, sacratus esse debet. Calcar mihi ea addet ad multa bona. Quoties aspiciam eam et libros tuos, bene merita tua manu signatos manibus tractabo meis, toties bene precabor tibi tuisque. Thesaurus illa etiam mihi erit, quem monstrabo peregrinis et hospitibus, me domi salutantibus. Pios in Moravia fratres et ecclesiam Christi exhilarabo. Ac in tui perpetuam memoriam studiosissime conservabo. Cum vero prae aliis erga me immeritum ita fueris affectus, studebo etiam prae aliis animum declarare gratum, ac ne cum sexcentis coronatis omnia solvisse videar, offero honestissimae tuae coniugi annum honorarium. Et Poculum, quod nuper obtuli in bibliothecae

¹ Bien que la bibliothèque conservée au château de Buchlov soit assez vaste, on a de la peine à y trouver des traces des livres de Th. de Bèze ou d'autres savants genevois. La présence de nombreux ouvrages imprimés datant du 16^e siècle et provenant de Suisse et du Sud de l'Allemagne témoigne bien que la Zástřizl avait des relations avec les régions respectives mais leur aspect ne permet pas de conclure s'ils proviennent ou non des fonds en question; par ailleurs, il n'y a pas de livres théologiques. Voir F. H r u b ý, Le sort des livres non catholiques tchèques en Moravie après la Montagne Blanche, ČMM 1926, p. 664 et suiv. et F. H r u b ý, Les bibliothèques de châteaux moraves au 16^e et 17^e siècle, Bibliofil 1932. Des ouvrages plus récents voir B. L i f k a, Knihovny státních hradů a zámků, Prague 1954, p. 4, et F. M. B a r t o š, Rodné zemi, Brno 1958, p. 382 et suiv.

memoriam, initium eius rei esse debet. Consule boni, reverende pater, studium hoc qualecunque meum.

Scripsi die primo Martii, qua concessisti mihi gratissimam tuam bibliothecam, 1598.^a

Georgius Sigismundus P. a Zastrisell,
dominus Bochlovii et Seravitii, m. p.

239.

1598, le 7 août. Genève.

Georges Sigismond de Zástřizly reconnaît avoir acheté à Théodore de Bèze sa bibliothèque pour une somme de 600 couronnes-or; il s'engage à payer cette somme soit pendant la prochaine foire de Francfort, soit bientôt après.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 185—186. Brouillon.

Ego Georgius Sigismundus Prakisky a Zastrisell Moravus, discedens ex aedibus d. Theodori Bezae, pastoris ecclesiae Genevensis, apud quem una cum d. Johanne Paludio, adiuncto mihi a meis studiorum meorum rectore, exceptus fui et honestissime per menses quindecim tractatus, testatum esse cupio omnibus, quorum id intererit, me, quum discessum in Galliam pararem et ipsum d. Bezam intellexissem, ut iam senem et emeritum neque deinceps tam multis libris egentem, de sua bibliotheca distrahenda cogitare, ab illo per d. Paludium enixe petiisse, ut suam illam bibliothecam mihi, quo iudicaret pretio aestimatam, potius quam alii cuiquam traditam vellet, quam ego tum propter plurimorum optimorum librorum copiam, tum propter ipsius nomen et existimationem sim pro thesauro longe pretiosissimo habiturus et domum, Deo dante, reversus accurate servandam apud meos collocaturus. Ad haec ille pro humanitate et ingenuitate sua quum mihi inspiciendam et scripto librorum catalogo considerandam tradidisset, nobis respondit sibi quidem vicissim vix gratius quidquam accidere in hoc negotio posse, quam si haec sua bibliotheca in tam nobilem, generosam et sanctam familiam transiret, potius quam in alias autem multorum manus distraheretur: quod ad pretium autem attinet, illam relinquere mihi et ipsi d. Paludio ultro aut quibuscunque vellem aestimandam, pretium ipsum vero se ne tantillum quidem morari, immo etiam pro summo beneficio habiturum, si inemptam et mero dono traditam ab ipso reciperem.¹

Hac autem ipsius humanitate et tam liberali oblatione minime abuti volens et honestissimae ipsius nobis exhibitae tractationis memor, cui vix unquam paria referre me posse crediderim, sexcentos coronatos aureos non tam ut ipsius bibliothecae pretium quam meae et meorum in ipsum perpetuae futurae benevolentiae testimonium obtuli. Ad hoc autem demum ille quum testatus esset sese meo et d. Paludii arbitrio haec omnia relinquere et ipsam bibliothecam, paucis exceptis ad usum suae senectutis libris, tandem etiam Deo ipsum ex hac vita evocante

^a Dans W o t s c h k e (p. 152), la lettre n'a pas de date; seul l'original conservé aux Archives Tronchin en porte.

¹ Sur l'achat de la bibliothèque de Th. de Bèze, voir aussi dans P. C h l u m e c k ý, Carl von Zierotin . . . , p. 137/19, ainsi que les documents qui suivent.

transmittendis, ut sunt in catalogum relati, in manus nostras tradidisset et sexcentos illos aureos cogitarem ipsi praesentes numerare, sed huic rei praestandae pecuniae summa, mihi tum ad persolvendos, quos Genevae fecimus sumptus, tum ad obeundam meam in Galliam et ulterius quoque peregrinationem a meis missa commode sufficeret, eo usque sum ista d. Bezae promptissima voluntate usus, ut sexcentorum illorum aureorum numerationis loco hanc syngrapham mea ipsius manu descriptam et adiuncta quoque d. Paludii manu subsignatam ipsi, quamvis minime petenti neque expectanti, reliqui, ne videlicet, si quid nobis humanitus in hac peregrinatione contigerit, damni inde aliquid subiret, sancte quoque pollicitus daturum esse me omnem operam, ut sexcentos illos aureos, quam celerrime fieri poterit et quam optima fide, a meis recipiat, quibus iam antea rem hanc totam ita expresse significavi, et huius fidei meam liberationem tantae curae futuram confido, ut illam summam sit fortasse d. Beza vel proximis Fracofurtensibus nundinis vel paulo post accepturus. Quae omnia vera esse et ita gesta hic manu ipse mea descripta et obsignata syngrapha testificor. Genevae 28. Julii vetere calculo 1598.^a

240.

1599, le 14 juin. Boskovicé.

Georges Sigismond de Zástřizly à Théodore de Bèze: il est heureusement revenu dans sa patrie et il se délecte de la bibliothèque que M. de Bèze lui avait cédée et qu'il considère comme son trésor le plus précieux. Il réfléchit comment faire venir de Genève les livres restants et il veille à ce que toutes ses autres promesses soient tenues, et cela avec le plein consentement de son oncle avec qui il parle presque quotidiennement de M. de Bèze. Salutations à Th. de Bèze et à d'autres amis genevois.

Genève, Archives Tronchin. MS. V, fol. 220. Original autographe.*

S. In patriam reversus sum. Quid gratius tibi scribam, vir nobilissime, domine et pater summa observantia colende? Bene itaque omnia habent, dum hoc saltem mihi contigerit per tot discrimina rerum.

Iam curabo bibliothecam meam, quam ut thesaurum reservo et exosculor. Iam cogito, quomodo reliqua vasa, quae apud te restant, huc recte transvehi possint, in quibus multa mihi grata continentur. Iam de opere illo, quod discedenti liberaliter et non sine meo gaudio obtulisti, familiae meae serio et diligenter omnia proponam. Iam, quod primarium est, de gratitudine sollicitus ero. Nosti quid tibi promiserim et honestissimae conjugii tuae, nostis quam grata, quam exoptata omnia vestra mihi fuerint. De me agitur et ego rursus de istis rebus agam. Nam si meis fuissent ingrata vestra erga me merita, mihi non essent ingrata, ego illa agnosco. Sed crede mihi, posteaquam dominus tutor ex nobis ipsis rem cognovit, omnia non tantum grata, verum etiam gratissima extiterunt, ut nunc in dies de vobis colloquamur. Erravit amicus quidam noster, vel potius curator, quod rem non recte perceperat et insuper tricis illis nescio quibus involverat. Quare ex me ipso quaeso, nunc intelligas exoptatissima esse omnia et gratissima, quae a te profecta sunt.

^a Th. Wotschke, (p. 150) n'a pas modifié la date selon le calendrier nouveau.

Vale et paucos post dies plura expecta. Salutem ascribo tuae coniugi honestissimae, amantissimo meo d. Iacomoto, praestantissimo d. Lectio et optimo d. Gultario et caeteris, ad quos singulos suo tempore scribam. Iterum vale. Datae ex arce Boskovicensi, 14. Junii anno 1599.

Tui per omnem vitam observantissimus

Georgius Sigismundus P. a Zastrisel.

241.

1599, septembre. Boskovic.

Jean Paludius, gouverneur de Georges Sigismond de Zástřizly, présente un compte-rendu général de tout l'argent qu'il avait reçu pour les études et pour les voyages de son élève depuis son départ de Moravie en 1597 jusqu'au retour au pays en 1599.

G o t h a, L B. M S. 404, fol. 419—420. Brouillon.

Generalrechnung, was Herr Georg Sigismund von Zastrisel auf Buchlaw mit seinem Praeceptor Joannes Paludius und einem Diener verzehret auf ihren Raisen.¹

1000 Taler empfangen den 27. Martii 1597. Darvon erstlich gereist auf Basel von Boskowicz. 2. H. Sigismundum zu Basel ausgezalt. 3. Von Basel die ganze Schweiz zu besehen, mit ihm auf Genf gereist. 4. In Genf etliche Monat von dem ubrigen gezeret. 5. H. Bezae Poëmata vorlaget zu drucken; und ob schon die Unkonsten wiederkommen, so haben wir ein gut Teil abziehen lassen, dem H. Bezae zu verehren, die er in fremde Lender hat schicken wollen. Item zu der Bibliothek (hundert Exemplar ungebunden) behalten aus gewissen Ursachen.

1000 Taler nach Genf geschickt und empfangen. 1. Darvon die nachfolgende Zeit darvon gezeret. In H. Bezae Tisch gewesen ein Jahr und 3 Monat. Alda auf ordinari und extraordinari aufgegangen etwas uber 400 Kronen, secze aber darzu mit der Verehrung und genzlichen Abscheid. 2. 200 Kronen gegeben vor die Bücher Henrici Stephani und Hotomani, zweier hochberumten Franzosen und alle ausgelesene und denkwürdige Bücher. Dies ist geschehen, ehe wir von des H. Bezae Bibliothek gewusst haben. Und sind auch diese andere und besondere Bücher. 3. Was aufgegangen vor die Bücher H. Sigismund auf H. Bezae Ansehen und Anregen zugeschriben, als da sind H. Lectius, Jacomotus zweimal, Lentulus,² Segierius, Bulanus, Castollus.³ Und zweifel nicht, dass dadurch ein ewig Gedechtnus in Frankreich des Hauses von Zastrisel bleiben wird. Denn die Leut seind alle bewusst [!] und die Bücher von Sprachen und Historien, nicht von Streit-sachen. 4. Was auf Marcantoni Reitschul, da monatlich 12 Kronen aufgegangen, ohn das, was man hat geben müssen zu einem Reittach [!]. 5. Was auf den

Adresse]: Summo et nobilissimo viro, domino Theodoro Bezae, Christi ministro, domino et patri suo perpetuo observando, Genevam; Recomandatae domino Calandrino Norimbergam.

¹ Sur la mauvaise administration le Paludius voir Nos 21 et 23. Cf. aussi V. Brandl, Listové . . . , p. 162—163. Jean Paludius, gouverneur des deux Zástřizly, était originaire de Brzeg. Il étudia à l'Université de Bâle. Plus tard, il devint conseiller du duc de Brzeg et de Legnica. Il entretenait des relations suivies avec Pierre Müllner, fils de Jean Müllner, et avec Th. de Bèze.

Franzohosen, der ihm teglich die 15 Monat ein Stund gelesen, oft auch zwe Stunden und mit ihm französisch conversirt. 6. Was auf den Balbier, da H. Sigismund ein bosen Schenkel bekommen, was auf Medicos, auf Apoteken, wann man diess brauchen hat müssen. 7. Item was Schneider und Schuster, vor ein jede Par Schu ein Kronen. Nun hat oft H. Sigismund 14 Tag ein Par Schu nicht gekleckht. 8. Item des Tag ein Stund auch ein Mahler gehalt[en], und was auf Wappen in Stammbücher zu mahlen aufgegangen.

2000 Taler und 600 Taler empfangen und damit nachfolgende Reis verricht. 1. Darvon Frankreich durchzogen. 2. Was auf die parisische Krankheit aufgegangen. Was auf Medicos und was auf Consilia medica zu halten erfordert, was auf die Apoteken, was auf Extraordinari, die man besonder in Wirdhaus von Patienten hat müssen zu richten. 3. Engelland, alda was gestanden, die Reisen und Verehrungen, königliche Heuser und allenthalben die Secreta zu besehen. Die Reis in die Universitet Cantabrig, da H. Sigismund Magister creirt worden. Wir haben in England den ganzen Winter uns aufhalten müssen, bisweilen zu Tisch gegangen, bisweilen selbst spendiret. Haben uns alle drei oftmal mit einem schlechten Gericht Essen beholfen und das wir auskommen . . .^a 4. Niederland, dahin wir gleich kommen, wie man beiderseits zu Felde gezogen. Alda bei Freunden und Feinden oftmals Confoy brauchen müssen. Haben wir 20 Soldaten gehabt, da hat sich keiner unter eine Kron lassen abfertigen. Hetten wir Confoy nicht gehabt, so weren wir in grosse Ungelegenheit und Gefahr geraten, oder hetten müssen still liegen, das ubrige verzehren und um newe Geld schreiben. 5. Hab ich H. Sigismund durcheinander seit Deutschland gefuret, darauf auf etwas gelaufen auf drei Personen mit einem Mitkutschen und bis auf Prag. Zu Prag 14 Tag still gelegen, und alle drei Kleidung machen lassen und mit dem ubrigen Geld bis auf Boskowicz gereist. Das ist notwendig verzehret. Weil aber bei der Reis auch des H. Bezae Bibliothek gezeuget, also secze ich darzu, was darvon kommen: 600 Kronen vor die Bibliothek, 100 Taler dieselbe halb zu fuhren.⁴

² Paul Lentulus, médecin municipal à Berne. Il écrivait des traités théologiques dont il dédia un à Georges Sigismund de Zástizly (cf. Préface p. 28).

³ Probablement Sébastien Castellio (Castollus), 1515—1563, recteur de l'Académie de Genève sous Calvin; en 1544, il passa à Bâle comme professeur de grec.

^a Le mot est illisible, le papier arraché. — Reproduit avec certaines modifications aussi dans Th. Wotschke, p. 154, No 28.

⁴ Après cette somme, il y a, écrit de la main de Paludius, le brouillon d'un acte attestant que Paludius avait réellement reçu la somme de 4.600 tolar pour le voyage; qu'il a été payé 600 couronnes pour la bibliothèque de Th. de Bèze et 100 tolar pour le transport. Il y est noté en outre qu'on perdait beaucoup au change: pour 1000 tolar on n'obtenait que 734 couronnes. Cependant, une couronne ne valait pas plus qu'un tolar dépensé en Moravie. Parmi les autres notes, il est intéressant de relever celles qui concernent les dons honorifiques qu'ils avaient distribués à Genève:

| | | | |
|--------------|--------|---------------|--------|
| „Bezae | 50 Kr. | Marcant[onio] | 12 Kr. |
| Gulart[io] | 13 Kr. | Jacomm[t]o] | 11 Kr. |
| Catharinulae | 6 Kr. | Lentulo | 18 Kr. |
| Lect[io] | 20 Kr. | Casaubono | 15 Kr. |

Borbonio pro Sigismundo Basileae 27. Aprilis 1597 253 fl. deutsch.
 Jacomoto pro ordinariis lectionibus et pro Psalterio singulis mensibus 2 Kr. 30 Kr.
 pro Psalterio zu Druck 27 Kr." etc.

Sur fol. 417v: «2.000 millia in itinere . . . Ausgezogen von Genf 8. Aug. 1598: Colonsche, Schatilion, Mantua et Jeserin, Verbona, Lion; da 14 Tage stille gelegen. Von Lion a Ladrele, Tarara, St. Florin, Rouan, aufm Schiff 6 Tage, Paris unterwegs.»

1600, le 11 mars. Genève.

Théodore de Bèze à Georges Sigismond de Zástřizly: il le remercie de la lettre qui parle de son heureux retour dans sa patrie morave. Il approuve la décision de Georges Sigismond de renoncer pour le moment au voyage en Italie et il considère que, compte tenu de l'avenir, il ne regrettera certainement pas son séjour à Prague. A Genève tout est comme du temps de Georges Sigismond dont le séjour est l'objet des souvenirs cordiaux de toute la famille.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 324. Copie contemporaine.
Gotha, LB. MS. A. 404, fol. 128. Copie contemporaine.

Perjucundae nobis hic omnibus fuerunt, magnifice et generosissime mi domine, tuae cum alteris d. Paludii nostri literae, ex quibus et te tandem ex tam longiqua peregrinatione feliciter peracta tuis restitutum fuisse cognovi, et ea uti valetudine, quae sperare nos iubeat futurum, ut quam de te expectationem omnes istic iampridem conceperunt, non modo sustineas, sed etiam longe lateque superes. Italicam certe peregrinationem¹ prudenter abs te et tuis omissam fuisse existimo et futurum spero, ut te istius Pragensis commorationis minime poeniteat, futurum potius sperans, ut haec sint veluti rudimenta quaedam, quibus ad res magnas et te dignas gerendas patriae totius bono et ornamento paulatim instruaris: quod ut tibi Dominus largiatur exopto. Caeterum ad res nostras quod attinet, eadem adhuc stat Geneva tuae apud nos honestissimae commorationis memoriam conservans, quod meo praesertim et conjugis meae atque adeo omnium nostrum nomine testatum esse velim, ne praetermissa quidem Catharinula nostra, qui omnes tibi optima quaeque dies et noctes precari non desinimus. Speciatim autem pro benevolentia in me singulari tua, mi generosissime domine, abs te peto, ut me magis ac magis ad metam properantem et penitus in hoc unum intentum, ne in ipso portu impingam, amore et precibus sanctis tuis adjuvare digneris. Caetera de statu nostro plenius velim ex ipso Paludio nostro cognoscas, qui cum te, licet alia quam antehac occasione, nunc istic esse arbitror, minime quoque omissa nobilissimi domini et agnati tui dni Vuenceslai mentione, quem etiam atque etiam reverenter saluto. Genevae Calendis Martiis, vetere calculo 1600.

Generosissimae Tuae Dignitati addictissimus

Theodorus Beza.

¹ En automne 1599, Georges Sigismond entreprend son premier voyage en Italie (sans Paludius), mais au printemps 1600, il est rappelé au pays à cause de la mort subite de son oncle; dès le mois de juin, cependant, il part pour l'Italie pour la deuxième fois et y reste jusqu'au printemps 1602.

1600, le 1^{er} juillet. Genève.

Théodore de Bèze à Georges Sigismond de Zástrizly: c'est avec douleur qu'il a lu la nouvelle du décès de l'oncle de Georges Sigismond; puisse ce dernier être son digne successeur. Sur l'édition du Pentateuque et sur sa vie à Genève où tout le monde garde un souvenir chaleureux de Georges Sigismond.

Paris, BSG. MS. 1475, fol. 339—341. Copie contemporaine.*

Götha, LB. MS. 404, fol. 126—128, et fol. 130—131. Copies contemporaines écrites de la main de Lehmann.

Illustris mi domine. Nunciavit mihi Praga noster Paludius, quod non sine magno dolore intellexi, vivere nempe in terris desiisse magnum illum virum, olim tibi pupillo tutorem et inclytæ familiae vestrae columen atque adeo singulare plurimarum maximarumque virtutum exemplum.¹ Sed in hoc tanto malo istud quam bene, quod illi successisti, alterum videlicet futurum vestrae familiae columen, in quo possit ille videri revixisse. Es enim certe (quod sine assentatione dictum esse velim) summo Dei beneficio ita natus et sic etiam educatus, ut spem eius rei cunctis facias quam optimam, et absit, ut ipse tibi et tuis, vel patriæ potius tuæ toti videri possis unquam defuisse. Macte igitur tantis istis donis, mi nobilissime Sigismunde, faxitque benignissimus ille bonorum omnium Autor, ut quæ non tantum optare, verum etiam sperare nos hæc tua indoles iubet, reipsa mox in te appareant. Sed audi, quaeso, pro humanitate singulari tua, quid mihi de hac sorte tua cogitanti in mentem venerit.² Redditas fuisse tibi non dubito meas Calendis Martii datas, ex quibus intellexisti, quantum sim singulari Dei providentia thesaurum nactus, divinissimum illum videlicet Moysis, quem Graeci vocarunt Pentateuchum, iampridem Judæorum sumptu, vel Constantinopoli, vel Constantinae in Africa omnium Africanarum et Asiaticarum synagogarum usui excusum. Et idcirco ipsi Ebraico contextui adiecta præter Chaldaicam iampridem editam Onkeli paraphrasin Arabica, Persica, Vulgata, Graeca, vetere denique barbara Hispanica versione. Huius autem operis publicatio, nisi valde fallor, tum erit per se ex tot peregrinarum linguarum cognitione ad ipsius sacri contextus explicationem perutilis, tum etiam excitatis per Academias studiosorum animis, ad Persicae quoque linguae, quam elegantissimæ, ut audio, et per totum orientem latissime patentis cognitionem aditum fortassis ad longe maiora patefaciet. Magnum erit denique Christiana totius religionis ornamentum, sed et inclytæ vestrae familiae plurimum debebunt boni piique omnes, si tantum hoc bonum fuerint beneficio vestrae gentis adepti. Et me quoque magnopere iuverit in aliquam huius laudis partem venisse et meam in inclytum vestrum nomen observantiam sic quoque fuisse testatum.

Quid plura? Ipsi denique opt. max. Deo gratissimum erit, istud per vos in Christianas omnes Ecclesias collatum beneficium. Quum autem hoc opus nec

¹ Venceslas de Zástrizly l'Ancien mourut le 27 avril 1600.

² « Es enim . . . venerit » supprimé chez Wotschke.

³ Christophorus Plantinus (1514—1589), célèbre imprimeur d'Anvers (Jöcher III, 1618).

⁴ Il s'agit de Joseph Scaliger, professeur à Leyde. Voir No 251.

⁵ François Junius (1545—1602), prêcheur réformé au service de Guillaume d'Orange. Professeur de théologie à Heidelberg depuis 1573, il passa ensuite en France et finit sa carrière à Leyde.

temere suscipiendum videatur, nec a quovis curari posse, imo ab uno fortasse Plantino² illo merito suo inter omnes typographos celeberrimo suscipi et ita, ut huius operis dignitas meretur, confici, praesertim a maximis illis viris Josepho Scaligero³ et Francisco Junio⁴ non procul ab illo absentibus et unis fortassis ex toto terrarum orbe ad istud procurandum negotium satis idoneis adiuto, vehementer optarim ego in primis hac de re tota cum ipso Paludio coram praesente quam diligentissime conferre, si quomodo possim, (quod vehementer etiam atque etiam abs te petere audeo), vel abs te vel per te ab ipso illustri principe Lignicensi, si opus fuerit, impetrare, ut ipsi Paludio nostro liceat, hucusque ad quantumcunque vobis videbitur tempus excurrere, mox capto de huius operis editione consilio quam optime et quam minimo tamen sumptu comparanda, cum ipsis exemplaribus, minime profecto cuiusvis fidei committendis, ad vos, Deo favente, redituro vel, si vobis ita videbitur, recta ad ipsum Plantinum ituro.^b Est enim profecto quapiam acceleratione hic opus, tum propter valetudinem meam prorsus incertam, tum etiam ne tam oportunam occasionem huius negotii per Plantinum et summos illo[s] viros ipsi adiunctos conficiendi amittamus. Et de his quidem plus satis. Ad rerum autem nostrarum statum quod attinet, de quo etiam non dubito, quin saepe pro tua tum pietate, tum in omnes vere [?] ecclesias charitate cogites, sic paucis de hac re habeto. Eadem adhuc perstat Geneva, admirabili prorsus Dei beneficio freta et multo etiam magis quam unquam antea de salute sua sollicita. Etsi enim, ut nunc quidem sane res sunt, satis tollerabili statu pacis huius beneficio, quae inter Gallorum regem, nobis non inimicum, et principem Sabaudum, etsi non prorsus, tamen maxima iam ex parte coiit, tamen illo quidem in hoc unum praecipuae intento, ut regnum domi cum pace conservet, istius vero crescente tum potentia tum evertendae vel ad se traducendae nostrae libertatis cupiditate, satis intelligis, quam incerta sit et prorsus anceps ista tranquillitatis species, ac proinde vix unquam nos magis indignuisse vestris quoque, ut bonorum et vere piorum omnium precibus. Ego vero privatim etsi in hac aetate annum videlicet huius vitae 82^{um} ingressus, tranquillam adhuc et a saevissimis illis morbis immunem senectam experior, tamen prae virium ipsius corporis imbecillitate domi me totum continens et totus de hoc uno sollicitus, ut in illum tandem optatissimum portum sine naufragio appellam, rogo te, mi nobilissime domine Sigismunde, ut mei tanquam addictissimi tibi clientuli, in illis sanctis tuis precibus meminisse pergas, nunciata tibi, non a me tantum, sed a coniuge quoque mea quam officiosissima salutatione, imo (liceat enim hoc quoque mihi, bona cum tua venia) ab illa quoque tua Catharinula mire profecto festiva et tui memoriam subinde refricante, qui omnes Deum opt., max. toto pectore precari non desinimus, ut amplitudinem tuam magis ac magis omni benedictionum genere quam ornatissimam tueri et conservare invicto illo suo praesidio dignetur. Genvae, Calendis Iulii 1600.^c

Reverenter autem nostri quoque hic omnes tibi fausta omnia precantur, ex ipso quoque magistratu et speciatim Jacomotus, Fayus⁵ et caeteri ex nostro collegio tui apud nos suavissimi conspectus minime immemores.

Tuae Amplitudini Dignitatieque addictissimus

Théod. Beza.^d

^b « vel ... ituro » manque dans la copie de Gotha.

^c « Ad rerum ... 1600 » et l'alinéa suivant supprimés.

⁵ Antoine de la Faye (Fayus), professeur de théologie à Genève, successeur de Th. de Bèze.

^d Chez Th. Wotschke (p. 157).

244.

1600, le 14 juillet. Prague.

*Georges Sigismond de Zástřizly à Jean Müllner de Mülhausen:*¹ *il a été heureux de recevoir la lettre de Müllner évoquant les moments passés chez Théodore de Bèze et lui rappelant l'amitié qui unissait Müllner et le père de Georges Sigismond. Il accueille avec joie son amitié et, imitant M. de Valdstein, son tuteur, il se propose de lui offrir annuellement une liasse de papier à lettre de Jihlava.*

G o t h a, L.B. MS. A. 404, fol. 192—193. Copie contemporaine écrite de la main de Paludius.*

Nobilissime et amplissime vir. Tuas demum literas accepi, ex quo reversus fui in patriam. Quare citius adornare responsum meum non potui. Nunc etiam brevior sum, quia itinere sum rursus Italiam versus; ut illud iter quoque recte absolvam. Tua vero tam insignis benevolentia erga me et familiam meam tam mihi grata est, ut etiam optem mihi et meis illam esse perpetuam. Quam iucunda accidit mihi commemoratio in tuis literis de summo viro d. Theodore Beza nostro, de bibliotheca eius mihi divinitus concessa et conversatione, quae mihi intima cum illo fuit, de gloria nominis mei apud externos parta, de magno illo opere, quod d. Beza vult per me promoveri ad editionem publicam ad commodum totius Christianismi. Denique et hoc iucundum accidit, quod tibi intercessit olim amicitia Vitebergae cum piae memoriae parente meo, unde concludo hanc nostram coniunctionem haereditariam esse, neque omitto, quae de dignitate Paludii mei et ipsius erga me meritis recensens. Haec omnia eo spectant, ut confirmetur et augeatur, si augeri potest, nostra amicitia. Quantum ad me attinet, nihil patiar desiderari ut tibi praebeam veram observantiam. Ut etiam tibi praebeam occasionem saepe ad me scribendi, more tutoris olim mei domini Waldsteinii offero tibi munus chartaceum Iglaviense, quod quotannis a me habebis, si tibi gratum fore intellexero. Caetera fusius docebit Paludius. Nunc Tuam Amplitudinem obnixè rogo, ut subitaneae meae scriptioni ignoscat meque sibi commendatum habeat. Si quid respondere placuerit, Paludius in Italiam curaturus est. Vale et me ill^{mo} tuo principi per occasionem commenda. Pragae 14. Julii 1600.

Amplitudini Tuae observantissimus

G. S. a Zastrisel.²

245.

1600, le 26 juillet. Genève.

Théodore de Bèze à Georges Sigismond de Zástřizly: il console Georges Sigismond affligé de la mort de son oncle et lui recommande d'avoir constamment présent à l'esprit l'exemple de de cet homme si distingué. Sur l'édition du Pentateuque et sur son utilité pour l'Eglise de Dieu. Il prie Georges Sigismond d'envoyer

¹ Jean Müllner de Mülhausen (aussi: Milner de Milhaus), secrétaire de la Chancellerie tchèque; cf. V. Š i m á k, *Bohemica v Lipsku*, Prague 1907.

² La lettre renseigne sur d'autres relations de Georges Sigismond (Th. W o t s c h k e, p. 159).

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 335v—339. Copie contemporaine.*

Terras igitur reliquit magnus etiam ille vir, tuus cognationis quidem jure patruus, re ipsa vero alter tuus parens,¹ neque tantum inclytae tuae familiae, sed Ecclesiarum, quae istic sunt Dei manu plantatae, veluti columen singulare, denique piis et bonis istic omnibus plurimarum maximarumque virtutum exemplum et in illo vel uno habeant istic omnes, quod sibi ademptum fuisse tecum deplorent. Neque vero luctus iste per se reprehendi merito potest. Est enim Deus ille noster optimus maximus tum quoque, nisi per nos steterit, vel maxime beneficus, quum ea veluti, subducens, quibus nos erat dignatus, videri potest suum in nos animum immutasse, falso id quidem, cum sit re ipsa vel maxime in iis praecipue immutabilis, quae Apostolus propterea *ἀμεταμέλητα* vocat. In nos ipsos igitur tota haec potius varietas et mutatio cadit et ea quidem plerumque in deterius, illo propterea in suorum gubernatione varias quidem species induente, sed idem tamen semper agente ac eundem sese praebente. Sic nos ille modo precantes castigat, non ut opprimat, sed ut paenis ipsis eruditos peccatum odisse doceat, modo ut gravius alioqui ruituros praemonet, modo nos explorans ad veram nostri notitiam adducit, ut in promissis illis suis non nudis, sed multiplici ipsius in nos beneficentiae experientia confirmatis, fides illa nostra acquiescat. Fit enim tandem, ut ea, quae per se videbantur ipsius in nos commoti animi minime vana testimonia, admiralibi ipsius bonitate et immensa potentia modo *καθαρκτικά*, modo *προφυλακτικά* medicamenta fuisse comperiantur. Stat enim illud ab Apostolo traditum et innumerabilibus testibus comprobatum, cuncta eorum bono et commodo cedere, qui vere Deum diligunt. Et ut ad te privatim, illustris mi Sigismunde, accedam, quantum et quam multiplex est istud Dei in hoc quoque inflicto vulnere tibi beneficium, quod illum tibi tantisper servavit, dum adolesceres, ita feliciter natus et sapienter educatus, iis denique donis instructus, quibus non tantum ipse tibi tuisque prospicere, sed etiam cum te Patriae toti praestare possis, in quo potius ille revixisse quam semel ereptus fuisse merito videatur. Cui et istud addo, quod simul et illum Deus ad se revocavit, et te ex Italia salvum et incolumen patriae restituit. Quid igitur superest? Nempe ut de illo quoque tibi concessa domestico exemplo imitando vel potius omni virtutum specie superando assidue cogites, et (quod omnes, Deo favente, futurum confidimus) nunquam committas, ut ipse tibi ulla in re videri possis defuisse. Sed quorum hoc ego tam multis apud te? Minime profecto quasi ista commonefactione, ut necessaria indigeas, sed quod etiam interdum juverit recte quoque currentem hortari. Caeterum vel iam tibi esse redditas, vel priusquam istas acceperis, ad te perventuras spero, quas ad te hujus ipsius mensis Calendis dedi et Pragae domino Paludio nostro ad te transmittendas misi. Ex iis autem plenissime cognovisti, ecquid me potissimum ad hanc novam Pentateuchi Mosis editionem expetendam atque adeo tuo praeunte nomine publicandam impulerit. Nimirum de religione christiana hoc quoque beneficio afficienda, perpetuum meum votum. Est enim procul dubio haec editio studiosorum animos ad illarum duarum quoque peregrinarum linguarum cognitionem commotura, Persicae nimirum et Hispanicae veteris,

¹ Venceslas de Zástizly l'Ancien. Voir No 216/1.

quarum illam audio Oriente toto vigere, hanc vero in synagogis etiam Africanis usitatam esse. Unde fortasse christianis earum linguarum notitiam adeptis aliquis aditus ad illas quoque gentes erudiendas patebit, idque consilio et successu, si Deus volet, prorsus alio quam antea fuit ab Jesuitis sive Pseudojesuitis illis propositum, qui simili occasione arrepta remotissimas illas gentes non a Mahomete ad Christum, sed ad papam, id est ab uno, ut aiunt, diabolo ad alterum traduxerunt. Et ut spes ista vana sit, tamen tot linguarum cum ipso Hebraeo textu collatio, nisi fallor, multum est lucis non paucis illustrandis locis allatura. Et cum hinc quoque non parvum decus, ut spero, sit inclytae Zastriselliorum familiae accessurum, cuius videlicet sumptu praeclarum hoc opus fuerit publicatum, quid me quoque magis iuverit, quam si mihi simul contigerit et de Ecclesia tam bene mereri et vos in huius laudis participationem advocando, meam in vos observantiam sic quoque testari? Sed hic omnino tum consilio ad hoc simul et instituendum et perficiendum negotium, tum non paucorum fide, diligentia et industria opus est, ut hic quoque valeat illud. Dimidium facti, qui bene cepit, habet. Itaque, si tibi visum erit opus istud aggredi, mi generosissime Sigismunde, vehementer etiam atque etiam abs te illud quoque peto, quod alteris illis quoque expressi, ut si quo modo sine tuo vel Paludii nostri magno incommodo fieri poterit, illum ad nos usque excurrere patiaris, qui cum de re tota intra paucissimos dies facile dispiciam, illo statim ad te cum exemplaribus ipsis reversuro, ut quamprimum operi ipsi manus admoveatur. Facit enim haec aetas mea et praeterea subinde alternans valetudo et difficultas multiplex hic occurrens, si per literas foret inter nos agendum, ut plane metuam, ne mors ipsa superveniens istas omnes cogitationes nostras abrumpat, vel interea nobis pereat praeclara illa et pene unica hujus rite perficiendi operis spes et quae nunc sese offert clarissimi illius typographi Plantini videlicet et praestantissimorum illorum hominum Scaligeri, itidemque Junii, Drusii² et Vulcanii³ opera, quibus similes, nedum pares, frustra optaverimus alios hujus editionis inspectores, sicut et illis quoque postremis literis meis tibi significavi, ut de re tota semel arbitrio nostro constituatur.⁴ Denique, ad rerum nostrarum statum quod attinet, stat adhuc, singulari Dei beneficio, Geneva qualicumque pacis inter Gallum et vicinum nobis principem inita specie fruens, sed tam incerto statu, ut magis ac magis, verum illud Hesiodi experiatur *πῆμα κακὸς γέλωρ* et nunquam fortasse magis piorum omnium precibus indiguerit. Eas vero vos istic pro illa, quam toties experti sumus, vestra in hanc Rempublicam christiana charitate minime denegaturos confidimus, sollicitè expectantes, quid sit tandem nobis, sive triste, sive laetum allaturus Regis ad Lugdunenses adventus, sive inter Regem et eum, quo circumcingimur nec aliter, quam antea in nos affectum principem de reliquis inter ipsos nonnullis controversiis convenerit, sive, quod potius futurum ipsis pene jam oculis videmus, bellum inter ipsos excitetur, quorum autem neutrum absque permagno huius totius regionis incommodo et ipsius magno damno et periculo futurum videtur. Neque sane diutius istud differri potest, unde satis intelligis vestras illas preces quam maxime serias a vobis non temere postulari, interim dum ipsi nos ad quidvis, quod Deo visum erit, perferendum comparamus. Rogas interea, quidnam vetulus tuus Beza? Istorum

² Jean Drusius (1550—1616), élève de l'Académie de Genève, professeur de langues à Oxford et à Leyde.

³ Il s'agit de Bonaventure Vulcanius, professeur à Leyde. Voir No 67/6.

⁴ L'édition du Pentateuque ne se réalisa pas du vivant de Th. de Bèze.

omnium pro suo modulo particeps sese domi continet, adhuc quidem a saevis illis morbis liber, qui minus etiam grandem aetatem fere comitari solent, et eo usque valens, ut per intervalle domesticis quoque studii aliquid operis impendat et cum amicis modo coram, modo per literas colloquatur, totus interim in optatissimum illum portum intentus, in quo demum nobis certa illa tranquillitas obtinget, quam nobis est divinitus datum et credere et sperare. At vos adhuc fortiter in ipsius opere laborantes, utinam Deus ille optimus maximus, Israelis sui custos, quam felicissime tueri et conservare gloriae suae dignetur. Genevae, 16. Julii vetere calculo 1600.

Tuae Dignitati addictissimus

Theodorus Beza.

Uxorcula mea, ut et ipsa Catharinula subinde te appellans, tibi fausta prosperaque omnia ex animo precantur, quod tibi, mi domine, non ingratum esse velim.

246.

1605, le 19 décembre. Buchlov.

Georges Sigismond de Zástřizly à Catherine del Piano, veuve de Théodore de Bèze: il a appris par sa lettre la nouvelle du décès de M. de Bèze et a pris possession de la partie de son testament, concernant la remise de sa bibliothèque entre les mains des Zástřizl. Il accepte avec reconnaissance et s'efforcera de régler tout au plus vite de façon à contenter les deux parties.

Geneve, Archives Tronchin, MS. 5, fol. 99. Original autographe.* Publié dans: Bulletin historique et littéraire, vol. XXX, 1881, p. 161—163.

Signora Catherina,¹ amiga mia chara: Giache me avisate del morte del vostro charo marito, signore Theodoro Beza, vi aviso per questa mia lettera, che della sua morte anchora el animo mio a ricevuto non pocho della duolia, qual dolia se ne augmenta, quando mi ne vengono alla memoria tanti benefici ricevuti da lui in casa vestra.

Quant a quello, che mi scrivete e mi mandate la copia dell suo testamento tochando quei libri, che ne o da receive, o letto con una grandissima satisfattione, che quel gran ommo amigo e patrone in vita mia, ancora nell'agone della sua morte a fatto mentione della persona mia. Cerchero trovare commodita di monstrare gratitudine a questa affectione vostra portata verso di me al prima occasione, che se ne spingera di poterne trovar qualche homo fedele, a cui se ne possa committer quel negotio, per potermi ne mandare seguro quei libri nella patria o a chasa mia. Conquesto me ne recommando pregando a Dio che vi cunservi gran tempo in bona sanita. Scritte in Buchlovìa del 19. Decembre anno 1605.

¹ Claudine Desnosse, première épouse de Th. de Bèze, mourut en 1588. Peu après, Th. de Bèze épousa la veuve Catherine del Piano et il adopta Théodore Rocca, petite-fille de celle-ci, qui épousa Th. Tronchin (1582—1657), théologue célèbre et professeur à Bâle. Une partie de sa succession passa à Sigismond de Zástřizly; la majeure partie, toutefois, est déposée à Gotha: il s'agit des manuscrits No 404 et 405. Voir pour les détails B. B r e t s c h n e i d e r, Calvini, Bezae, Henrici IV, Gallorum regis, aliorumque epistolae ineditae. Leipzig 1835.

P. S. — Io ne prego V. S. che voglia salutare e resalutar la vostra fillia diletta la signora Chaterina, non dismentigando alla persona vostra propria, con significatione dei offitii e affettioni verso la nobile chasa vostra.²

Giorgio Sigismondo Zastriselio
in Buchlau et Zeravitz.

² Cf. aussi la lettre de Catherine del Piano, veuve de Th. de Bèze (Bulletin historique et littéraire, tome XXX, p. 161—163), où il est écrit: « Je vous envoie un extrait de l'endroit de son codicille où il fait mention de vous et des livres que lui aviez laissé sa vie durant, et mesme de ceux qu'il a acquis depuis, et veut qu'ils soient tous réunis entre vos mains par le moyen de celui ou ceulx auxquels vous pourrez bailler charge de les recevoir. Je vous en tiendray tel compte que, Dieu aidant, vous en recevrez tout contentement. »

Voir à ce propos aussi la lettre de Charles de Žerotín en date du 24 novembre 1605, où il est dit au sujet des livres: "... Jestli byjste pak nebyli toho oumyslu, jak by Vám sem do země dopraveny býti mohly, toho nařizovati, ale je tam v Genevě prodati dali, Vás za to přátelsky žádám, až mně jich mimo jiné dopřejete, já Vám je rád zaplatiti a o to, jak bych jich odtud dostati mohl, se postarati, i také toho se příjemně odsloužiti chci" (... mais si vous n'aviez pas l'intention d'ordonner qu'il vous soient trasportés ici au pays mais, par contre, de les faire vendre là, à Genève, je voudrais vous demander amicalement de bien vouloir m'en céder et je veux bien vous les payer et me charger de les faire transporter de là et aussi de vous témoigner agréablement ma reconnaissance), V. B r a n d l, p. 498.

[Adresse]: A Madame, Madame Catherine Piano à Genève.

2. CORRESPONDANCE DES AMIS SUR LES RELATIONS DE LA FAMILLE DE ZÁSTRIZLY AVEC LA SUISSE

(J. Paludius, V. Lavinus, Ch. Pezelius, J. Scaliger, M. Timinus)

247.

1598, le 13 mai. Genève.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: Il demande à M. Zwinger de lui donner des informations plus détaillées sur les œuvres qu'il prépare pour l'édition et lui conseille de les dédier aux seigneurs de Zástřizly. Il compte partir avec Georges Sigismond en voyage en France et en Angleterre. A Genève, il a acheté pour lui la bibliothèque de Th. de Bèze pour la plus grande gloire de la famille de Zástřizly à qui de nombreux hommes remarquables ont dédié leurs œuvres. Que Zwinger n'hésite pas à en faire autant. Sur l'excursion de Genève à Lausanne qu'ils ont faite en compagnie de Th. de Bèze.

Bâle, ÖBdU, Bibl. Frey.-Gryn., MS. I. 13, fol. 1–3. Original autographe.*

Caeterum^a de dedicatione Psalterii¹ tui velim plura intelligere quid sit, cuius usus, quantae molis, cuius methodi. Optarem aliquid historici, imprimis Theatrum.² Si principi alicui dicares, non posses maiorem reportare gratiam quam a meis. Et ego huc darem operam, neque citius discederem ab illis. Tu ista perficere possis, dum absumus, quod spacium ad sesquiannium sese extendet. Nam hinc in Gallias cogitamus, illinc in Angliam, Scotiam, Belgium et per loca maritima domum. Haec ratio mihi iniuncta a meis et sumus etiam instructi satis liberaliter. Rescribes itaque quam primum licuerit et pectus tuum in hoc mecum effunde. Nihil aliud ego quaero, quam ut illustrem aliquem occasionem mihi des tibi et Theodorulo tuo gratificandi, benefaciendi et praesertim per hunc discipulum, cui Deus mire benedixit tam animi quam corporis bonis. Audi arcanum, quod tamen nullo modo manebit arcanum. Quid illud? Emi d. Sigismundo totam hospitium mei summi bibliothecam singularibus de causis nobis colatam et jam in Moraviam misi. Quot hic putes latere thesauros, ut verbo dicam omnia? Literis non committo; sed si Deus nos aliquando coniunget, rursus fere incredibilia intelliges. D. Deus sit laudatus, qui mihi in meo officio ita clementer benedicere pergit. Restitutionem expositae pecuniae exspecto; alias me jam itineri commissem. Non dubium, quin et hac et aliis occasionibus familia ista nostra ad summam gloriam [spectet, perveniat?].^b Sunt jam plurimi, qui sponte offerant sua scripta

^a La lettre commençant par « Gratiarum actione... » n'est pas reproduit en entier: la première page est supprimée.

¹ Voir No 255.

² Voir No 49.

^b Il paraît que le verbe manque.

illis: ex quorum numero Pacius,³ Casaubonus, Lectius, Gulartius, quos non multum sollicito. Sufficit, quod factum est. Sed te hortor, tibi suadeo, te urgeo, ut cuius antiquior amicitia, constantius sive illustrius amoris extet testimonium' ab utraque parte. Dedicacionis rationes jam habes et habes honestas, ut non opus sit ita aperte indicare meo solius instinctu id fieri. Velim autem tribus dedices: 1. tutori, qui vir est magnus, dives et nullos habet liberos, beneficus erga illos, qui historica tractant, cuius titulum habes in Carminibus Bezae.^c 2. D. Venceslao, cui addis Iuniori et etc., nam reditus suos habet ex praesenti pecunia, sed empturus bona quaedam, nisi expectet haereditatem tutoris amplissimam, ad quam nemo magis spectat. 3. D. Sigismundo, cuius titulum habes in Iona Lectii et Psalterio Iacomotii. Apud hos tres quantum valeam, praesertim apud tutorem, facile intelligis. Neque male faceres, si in ipso libri vel operis titulo addas: Ad generosam Zastriseliorum familiam. Tutorem inde commendare posses, quod ita diligenter curet suos pupillos ad literarum studia, ad conversationem cum viris illustribus, ad peregrinationem, quod multa ex me intellexeris, quod saepe in ore habeat nihil sibi in hac vita magis curae esse, quam concreditum talentum. Sed de his satis. Expecto responsum. — Superioribus diebus eduxit nos octogenarius Beza Lausannam usque, omnes equites, ubi fuimus honorificentissime excepti. In hospitio Noviodunensi cum videret me solvere fecit sub persona hospitis tale ad me epigramma:

Huc te credideram solum advenisse, poeta,
 Pieridas tecum sed trahis ecce novem.
 Non igitur pro te solo numerabo, poeta,
 Pro te et pro Musis sed numerabo decem.

Si mihi hac ratione erit in Gallias eundem, qui sumptus sufficient? Dedicavit mihi Melissus rursus novum carmen eruditissimum, non valebat describere. D. Sigismundus te amantissime salutatur, ut et tuam vetulam matrem, vel nostram potius, coniugem tuam optimam, Theodorulum, fratrem Iselium . . . o mea capita! Genevae 13. Maii anni [15]98.

D. Sigismundus expetit a te tres icones tui parentis in cupro.

Tuus

Ioan. Paludius philophilus.

248.

1598, le 9 juin. Genève.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: à Genève, il a pu avoir pour Georges Sigismund de Zástřizly certains livres de Robert Estienne, d'Henri Estienne et de François Hotoman, ce qui leur a permis de compléter la bibliothèque de Th. de

³ Pacius de Beriga (1550—1635) étudia à Padoue, partit pour Genève à cause de la religion mais devint, à la fin, professeur de droit à Padoue (Jöcher III, 1170). Il dédia à Charles de Zerotin son ouvrage « *Aristotelis Hagiritae . . . peripateticorum principis Organon* » (W r o c l a w, sign. 4. N. 31).

^c Note marginale, illesible.

Bèze. Il demande de nouvelles informations sur les travaux littéraires de Zwinger et lui rappelle une fois de plus que, pour la dédicace, il devrait penser aux Zá-šřizel et à Charles de Žerotín, grand ami des lettres.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn., MS. II. 19. Original autographe.*

Respondeo me Theatra¹ accepisse duo recte et solvisse solvenda. Est igitur, quod gratias habeam pro officio amico. Valde commode accidit, quod hac occasione acceperim. Nuper admodum emi nobiliorem partem bibliothecae Stephani utriusque, hoc est Roberti et Henrici.² Heri et hodie praeter omnem expectationem oblatis sunt libri Hotomanni,³ qui hic substituerant. Inquisitione facta retinui ultra triginta, in quibus omnibus manu Hotomani multa invenimus annotata. Audio filium voluisse ista celari, sed aliter agendum fuisset; divulgata sunt omnia. Et quos ego libros neglexi, iam sunt in manibus aliorum. Itaque nunc habemus Bezae integram bibliothecam, de qua nobis gratularis et deinde selectiores ex aliorum virorum clarissimorum. Agnosco toto pectore haec omnia profluere ex sola Dei gratia a qua iuxta symbolum meum pendeo et pendere constitui in utraque fortuna humiliter et constanter; indignus sum tanta Dei misericordia. Incredibile est quanto gaudio afficiar. D. Sigismundus, qui te rursus amantissime salutatur, quantum se mihi debere intelligat, verbis exprimere non possum. Toties inculcat, toties praedicat haec beneficia, quibus magis afficitur, quam si totum orbem terrarum perlustrasset.^a

De Theatro cupio plura intelligere, quid certo constitueris praesertim de praefatione, de qua in his nihil. Utinam mea annotata posses habere ad manum; et agerem hoc, si per intervalla locorum liceret, si in tam remota loca non esset abeundum. Sed vicissim cum cogito de praesentia ingenii tui, non opus esse video. Psalmos⁴ parentis promovere et adhuc cogitas. Gratum erit quicquid a te profisciscetur, quare hodie per literas d. Venceslaum commonefeci. Suaderem, ut editionem adornes in folio, et si quid habes, praefationis loco post dedicationem non intermittas addere. Methodus quem non delectat? Praesertim generalis et totius operis. Psalmorum lectione vel te teste, et Buchanano⁵ meo supra modum afficior. Psalmi preces meae sunt, mea ara [?], meae deliciae. Psalmi iam ante Zastriseliis ita commendavi, ut et Latinos et Gallicos ad unguem teneant quam plurimos. Quod movit Bezam, ut non minus mihi suos Psalmos et sacra poemata commendaverit, quam Zastriseliis caetera. Sed de dedicatione Theatri rursus dico, quid constitueris, cupio intelligere, ante quam abeam. Si obtemperaveris meo consilio, me habebis [me] obsidem. Effundas igitur in sinum meum, quid sentias. Non te poenitebit. Acquiescam, quicquid tibi videbitur, et merito. Vides me sequi ductum epistolarum tuarum, ut modo me expediam urgente auriga. De Somnio tuo somnolentum audires ex me iudicium. Et quid sutor ultra crepidam?

¹ Une nouvelle édition de « *Theatrum vitae* », ouvrage de Th. Zwinger.

² Henri Stephanus (Etienne), 1528–1598, imprimeur à Genève, était le gendre du professeur Casaubonus. Son fils Paul (1567–1627) était aussi imprimeur. Cf. aussi No 241.

³ Voir No 255.

^a La partie du texte qui ne concerne pas le sujet traité est supprimée.

⁴ Th. Zwinger, *Psalmorum Davidis Analyses*. Bâle 1599.

⁵ Georges Buchanan (1506–1582), né en Ecosse, professeur de philosophie à Paris. Il avait étudié la théologie et adopta le protestantisme. Il était précepteur de Jacques I^{er}, roi d'Angleterre.

Si tamen percurrere liceret, forte in genere tecum conferre possem. Profecto ex animo tibi gratulor de hoc labore, qui proprie tuus dici poterit. Scaligeri coniunctio non carebit applausu maiore. Cui dedices? Ambigo. Sed si urges, remitterem te ad Carolum Zerotinum ingeniosissimum heroem, studiorum talium amantissimum. Si circa idem tempus domum reverterer, quo esset publicatum scriptum, non intermitterem una cum Zastriseliis meis agere tuam causam. Tu videbis. Cum ad hoc respondebis, non deero meo qualicumque amico et fraterno consilio.^b

Subito Genevae 30. Maii—Jul. 1598.

Tuus

Ioannes Paludius Philophilus.

249.

[1598, —. P r a g u e.]¹

Venceslas Lavinus à Joachim Camerarius: il envoie à Camerarius 1000 écus que Venceslas de Zástřizly l'Ancien lui a remis pour Georges Sigismond, séjournant actuellement à Genève; une somme de 2.000 écus suivra bientôt après le Jour de l'An. Il prie Camerarius de le faire savoir à Genève et lui explique pourquoi M. Venceslas ne veut pas donner, dans les affaires financières, le plein pouvoir à M. Paludius, gouverneur de Georges Sigismond.

München, BSB. CLm. 10363, No. 191. Original autographe.*

Mittet tandem d. Zastrizelius agnato suo mille taleros, missurus propediem nempe circa festum Trium Regum alia duo millia. Doleo Calandrinum erga eos tam fuisse durum, ut omne genus officii denegaverit ipsis, odio procul dubio dni Caroli Zerotini, qui tamen non adeo male de ipso est meritus. Oro te, ne graveris mox Genevam ad Paludium scribere et tum de his mille, tam de aliis subsequentibus illi significare. Laborari in hoc ipsorum negotio, quantum potui. Citius nihil profeci. Urget Paludius libertatem accipiendae pecuniae, quoties velit et quantum velit. Negat dominus et, nisi fallor, non immerito. Magnum certo hoc est postulare hac praesertim aetate apud viros nobiles, cum praesertim non careat suspicione Paludius profusionis cuiusdam et cupiditatis vanae gloriolae, de quibus fortassis ad te ipse dominus plenius et planius. Litteras enim eius ideo promitto, ut quod causa sit morae illius, de qua es ad me conquestus, ipse cognoscas. Pecunia paulo post obsignata sequetur [?] cum aurigis, qui merces ad Berenhardum sunt hinc deportaturi. Hanc viam ut tutiorem ideo elegi, quod hic nulla sit commoda permutatio et viae praedonibus ubique refertae.^a

^b Idem.

¹ Dans la succession de Joachim Camerarius, il y a une autre lettre émanant de Lavinus, écrite à Prague le 8 novembre 1597. Cette lettre aussi témoigne que Lavinus transmettait, avec l'aide de Camerarius, la correspondance de Moravie à Bâle et à Genève.

^a Le reste de la lettre est arraché.

[Adresse]: Excellentissimo viro, Domino Joachimo Camerario patri, Medico et Philosopho praestantissimo, Domino et Amico, reverenter colendo. Norimbergae.

1599, le 22 janvier. Prague.

Venceslas Lavinus à Th. de Bèze: par la faute de M. Paludius, l'achat de la bibliothèque de Th. de Bèze par le jeune Záštržl et Paludius lui-même n'était pas clair pour l'oncle de Georges Sigismond; maintenant qu'il a conclu l'affaire en Moravie, il pourra envoyer à Th. de Bèze le prix d'achat via Nuremberg. Sur la peste et la guerre turque. Les nouvelles de la Cour impériale de Prague. La guerre de Pologne.

Genève, Archives Tronchin. MS. 5, fol. 219v. Original autographe.*

S. Aeterno Filio Dei (cuius natalem nuper hic more consueto piae ecclesiae celebrarunt) sit laus, quod et vivas adhuc et in coetu sanctorum frequens conspiciaris, mi Theodore, quicquid interea emissarii Satanae, hostes veritatis tuaeque famae nunquam interiturae passim contra te firmant et blaterant. In nobis certe amor tui et studium indefessum praestandi tibi a Domino Deo felicem hunc annum novum et alios infinitos nunquam desinet nec opus, opinor, est in praesentia, hoc apud te pluribus verbis testari, cum ita se rem habere tute optime noris.

Negotium tuum cum iunioro domino Zastrselio et Paludio ut recte curaretur, ipse non ita pridem ad senem dominum Zastrselium in Moraviam sum profectus. Ita enim fieri oportuit propter quasdam perplexitates in re alioqui minime perplexa, si Paludius in hac causa paulo diligentius officium suum facere voluisset, ut revera debuit.

Testatus coram me est abunde vir nobilissimus, etiam cum lachrymis, in corona magnorum virorum, quanti te amet et faciat. Hoc tantum ipsi doluit, quod Paludius, quid rei esset, nunquam plane ipsi aperire voluerit. Nec ego, ut verum tibi fatear, satis scivissem, quid ista librorum emptio sibi vellet (cum tui nominis in aliquot litteris nulla sit facta mentio), nisi me postea literae tuae planius et plenius monuissent. Verum his omissis ad rem ipsam redeo.

Pecuniam tibi ex Moravia huc attuli. Cras Norimbergam eandem ad Calandrinum mittam. Sunt partim taleri, partim grossi bohemicis, optimi valoris omnes, quod ideo addo, ne forte habeant mercatores, ut solent, quod apud Te praetendant. Taleri in specie, ut vocant, sunt 670, singulos pro 72 cruciferis numerando, qui florenos germanicos 804 faciunt. Deinde grossi bohemicis conficiunt taleros 187, talerum pro 70 cruciferis numerando. Hi rursus redacti in florenos faciunt 218, cruciferos 10. Additi reliquis erunt 1.022 floreni, cruciferi 10. Redacti in coronatos solares valoris 25 bacionum erunt scudi numero 613, crucif[eri] 30.

Spero d. Calandrinum amice tecum acturum nec pro permutatione aliquid postulaturum. Significa mihi deinceps, oro, quomodo et an mature satis omnia. Tibi fuerint reddita.

De publicis quid ad Te scribam, pene non reperio. Calamitatum nostrarum tantum abest, ut mitigationem ullam sperare debeamus, ut potius vereamur, ne magis ac magis idolatria nostrorum hominum et falsa invocatione sui nominis irritatus Dominus gravius quam unquam hactenus nos puniat. Iure ne an iniuria id metuam, ex formulis hisce precum, quas ad te mitto, nisi tibi sit molestum, vel me tacente cognosces. Haec nimirum sunt preces apud nos ecclesiae catholicae, quibus iram Dei hoc tristissimo tempore belli, pestis et famis placare iubemur.

Mirum profecto, ne Epicuræi isti et Deum et universam religionem Christianam taciti secum rideant. Quid diceret, si hodie viveret, Bebelius, cuius scurriles facetiæ haud scio, an non sint precibus istis tolerabiliores in ecclesia.

Porro miles noster hoc anno in obsidione Budæ oleum et operam perdidit, re feliciter admodum tentata, sed unius hominis interventu irrita facta. At manum de tabula. Hoc vicissim nos consolatur, quod nec Turcis expugnatio Varadini successit.

Transylvanus nondum est penitus et imperatori nostro reconciliatus. Legatus principis Walachiae hodie huc appulit cum aliquot vexillis Turcicis. Redeuntes enim Turcae ob obsidione Varadini a Walachis sunt excepti et ad internecionem pene delati. Hinc Transylvaniam dicitur ambire princeps ille et alias circumiacentes provincias aut saltem prefecturam aliquam in his opimam.

De legato Persico, qui hic diu honorificentissime fuit sustentatus, mira nunc sunt vulgi iudicia. Rumor est eum tantum hominem esse privatum et civem Venetum, sigillorum sculptorem aut aurifabrum a nemine huc missum. Putant illum fraude composuisse literas obsignatas sigillo regis Persici (quod sine dubio ipse sculpsit) et nomine illius Imperatoriae Maiestatis una cum regiis muneribus, ut moris est, obtulisse. Addunt praeterea, iam de captivo tanquam de proditore sententiam latam esse, quod tamen nondum affirmare ausim.

Turcam invitare ad pacem imperatorem nostrum certissimum est,¹ sed iubetur adhuc legatus Turcicus in Ungaria subsistere ibique ab ordinibus regni responsum expectare. Nostri nondum videntur ad pacem amplectendam propensi, quippe quod ab hoste astutissimo toties sub specie pacis sint decepti.

De clade regis Polonici exercitus in Suecia puto te iam dudum scire. Rex captivus iuravit, se non prius discessurum, nisi authores huius dissidii inter ipsum et ducem Carolum, patrum suum, essent puniti. Sed mox fides Punica sive Jesuitica ipsi aliud subiecit, ut nimirum fuga sibi consuleret, quod et factum est. Hinc fere seminudus Dantiscum venit, ubi adhuc proceres regni Poloniae ad se expectat. Qui Dantisco huc redeunt, narrant Polonos demum deliberare, an eum sint in regnum reducturi, necne.

Imperator noster benignissimus et omnes principes imperii molestissime ferunt novam illam et omnibus saeculis inauditam insolentiam Hispanorum in Vestphalia etiam ad Rhenum, de quo vos fortassius [!] melius.

Pestis in hoc regno paulatim remittit. Habemus vicissim hic imperatorem, qui suo adventu omnes bonos plurimum exhilaravit.

Cessat etiam boum, etiam vaccarum lues dei beneficio. Mitigarentur etiam aliae poenae sine dubio, si non peccata nostra obstant. Catholici nostri proram et puppim in spiritali suo regni Bohemiae iubilo ponunt. Nos simpliciter spem universam in solo Filio Dei, Salvatore nostro unico collocamus, cui etiam te, mi Theodore, et urbem vestram deo carissimam toto pectore commendamus. Bene et diutissime vale et me, ut facis, porro ama. Datum Pragae 22. Ianuarii 1599.

Tui observantissimus

Lavinus.

¹ Sur la situation générale, politique et militaire, en 1599, donc au moment où l'empereur lui-même penchait pour la paix, voir A. Huber, *Geschichte Österreichs IV*, p. 405 et suiv.; J. Bidlo, *Polsko a Rusko v l. 1450—1650*, *Dějiny lidstva V*, str. 528.

1599, le 28 mars. Leyden.

Joseph Scaliger à Bernard Paludanus: il lui recommande chaleureusement Georges Sigismond de Zástřizly et son gouverneur et le prie de bien vouloir leur ouvrir sa maison savante.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 222. Original autographe.

Josephus Scaliger¹ Bernardo Paludano² suo salutem. Quia, mi Paludane, nuper per occupationes tuas tibi non licuit diutius hic manere, ut frueremur dulci congressu tuo, quod possum, hoc ego facio, ut scilicet desiderium tui crebra tui recordatione leniam; quum sperem me semper tam prope animo tecum futurum, quam corpore absum. Interea commendo tibi generosum hunc Moravium una cum eius doctissimo praeceptore, quos isthic unica cupiditas vos visendi traduxit. Eis, ne tibi gravetur ut *καμήλια* tua et totum cornu copiae musaei tui pateant, oro. Nisi scirem satis esse commendatos tibi, quos meae literae commendant, uterer pluribus verbis apud te. Sed hoc esset diffidere amicitiae nostrae. Quare non onerabo te pluribus. Vale, mi Paludane, et nos ama. Lugduni Batavorum V. Kalendas Aprilis 1599.^a

252.

1599, avril. Brème.

Christophe Pezelius¹ à Joachim Frédéric, duc de Brzeg et de Legnica: il lui recommande très chaleureusement Jean Paludius qui, en sa qualité de gouverneur de deux membres de la famille de Zástřizly, est resté pendant plusieurs années chez Théodore de Bèze à Genève d'où il a entrepris avec un de ses élèves un voyage à travers l'Europe occidentale; les milieux savants lui ont partout réservé un très bon accueil. Etant sujet du duc qui lui avait prodigué des bienfaits, il compte se présenter devant lui à son retour et lui offrir le service qu'il lui doit.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 322v—324v. Copie contemporaine.

Praebuit autem mihi hoc tempore epistolam hanc ad illustrissimam celsitudinem tuam scribendi occasionem vir clarissimus d. Joannes Paludius, natus sub ditione inclytæ tuæ celsitudinis et bonis ac eruditis omnibus charus et acceptus

¹ Joseph Scaliger (1540—1609), professeur à Leyde, humaniste renommé et critique de la religion réformée; il faisait autorité surtout en matière des langues latine, grecque et hébraïque.

² Bernard Paludanus (1550—1633), docteur en philosophie et en médecine de l'Université de Padoue (Jöcher III, 1211). Après avoir beaucoup voyagé en Europe, en Asie et en Afrique, il se fixa à Enckhuysen comme médecin municipal.

^a [ajouté en bas du texte]: « Manus Josephi Scaligeri ».

¹ Christophe Pezelius (né en 1539), professeur de théologie à Wittenberg; étant de religion réformée, il fut suspendu de ses fonctions.

[Adresse]: Ad illustrissimum principem Bregensem et Lignicensem dominum Joachimum Fridericum.

propter ingenium, doctrinae eruditionem, prudentiam et virtutem eximiam multarum rerum experientia probatam ac confirmatam.

Is in transitu per urbem Bremensem cum mecum in colloquium venisset, praedicavit mihi illustrissimae tuae celsitudinis erga se beneficia praestita sibi aliis atque aliis temporibus, dum in academicis [sic] Germanicis annis superioribus degeret. Quo nomine imprimisque, quod celsitudini tuae sit subditus, plurimum se celsitudini tuae obstrictum esse ingenue professus est. Venit autem huc cum generoso et nobilissimae stirpis domino Georgio Sigismundo Prackschisky a Zastrisel, domino Buchloviae et Seravitii etc., cui tanquam ephorus his annis proximis adiunctus fuit. Qui et ipse celsitudini tuae multum se debere fatetur, quod in schola Bregensi celebratissima, quam celsitudo tua, heroica liberalitate et munificentia fovet, prima pietatis ac doctrinae fundamenta una cum multis aliis generosae nobilitatis adolescentibus iecerit, quem ea sibi habere insita maximarum virtutum semina intelligo, ut si ea, crescente cum aetate iudicio, magis magisque adoleverint, futurum esse minime dubitem, quin nobilissimae suae familiae magno sit futurus ornamento et suo tempore inter Moraviae proceres non infimum locum habiturus sit. Huic autem ut antea quoque patrueli eius generoso domino Wenceslao Zastriselio, qui doctrinae et virtutum laude apud omnes intelligentes floret, maxime idoneus monitor adiunctus d. Paludius de consilio illustrissimi domini Caroli Zerotini sic in aedibus atque convictu domestico venerandi senis d. Theodori Bezae cum utroque patruelis Zastriseliis vixit, ut eorum amicitia et familiaritate summopere delectatum se multis epistolis atque monumentis aliis d. Beza publice privatimque testatus sit.

Geneva discedentes d. Paludius et hic generosus eius discipulus in Gallias profecti totius regni statum ex conversatione cum proceribus praecipuis didicerunt. Inde in Anglia aliquandiu commorati, reginam serenissimam, quae velut miraculum orbis est, in tam diuturna et felici ac sapientis gubernatione non viderunt modo, sed etiam audiverunt perorantem. Multa quoque alia de illius regni statu cognoverunt memoria digna. Ibi et generosus iuvenis dominus Georgius Sigismundus Zastriselius de more vetusto summi honoris gratia in Cantabrigiensi academia creatus est magister: Et d. Paludio doctoratus in iure civili honores oblatis sunt, etsi pro modestia sua accipere eos isto tempore recusavit. Ex Anglia in Hollandiam venerunt, atque in amicitiam praestantissimorum virorum facile pervenerunt. Praecipue vero a clarissimo Josepho Scaligero in academia Batavorum Lugdunensi et a peritissimo medico et naturae rerum indagatore felicissimo d. Paludano, qui Enckhusae est, amicissime sunt excepti.

Quid dicam vero, quam grati exoptatique hospites mihi fuerint, postea quam in urbem nostram venerunt, ubi et ultra octiduum commorati, dulcissime mecum conversati sunt, qui cupidissime audivi eos disserentes de tua inclitya celsitudine, de viris doctis horum temporum, de sene venerando et iam octuagenario d. Beza, de d. Peucero, de statu ecclesiarum, de regnis et rebuspublicis in Europa praecipuis.

Reducit autem nunc generosum dominum Zastriselius in patriam Joannes Paludius et quia sine voluntate ac consensu celsitudinis tuae nihil se debere agere agnoscit, adire celsitudinem tuam decrevit, prima quaque occasione oblata, ut et sistat se illustrissimae tuae celsitudini et cum ea rationes consiliorum suorum subiectissime conferat atque communicet, praesertim de peregrinatione quadam sua quam generosi domini Zastriseliis imponere, etiam cupiunt ad procurandam editionem cuiusdam operis ad quam promovendam, ut nemo alius quam ipse est

accomodatior, sic ecclesiae et reipublicae Christianeae utilissimae per eum opera navari poterit.

Cum igitur ad inclytam celsitudinem tuam venturum d. Paludium confidam, non meo solum, sed multo magis generosissimae familiae Zerotinorum et Zastriseliolorum dominorum imo vero et ecclesiae nomine celsitudinem tuam rogo, ut et de hoc negotio et aliis rebus memorabilibus d. Paludium disserentem audiat et consilio suo adiuvet, denique et favore suo, quo hactenus eum celsitudo tua complexa est, deinceps quoque commendatum sibi habeat, gratia et benignitate sua dignissimum. Nam si recte a comico dictum est: Bonis si quid bene fit, id esse et grave et gratum solet, non dubito illustrissimam tuam celsitudinem fructum aliquando uberrimum percepturam esse, ex optimo integerrimo et doctissimo hoc tuo subdito d. Paludio, cuius opera toti ditioni tuae magno usui et ornamento aliquando futura est.

Bene ac feliciter vale, princeps illustrissime, et tuam mihi benevolentiam constanter conserva et hanc epistolam subiectissimo ex animo profectam in optimam partem accipe, testem amoris mei erga d. Paludium et dd. Zastrisellos, quorum institutioni cum laude per annos aliquot praefuit. Bremiae mense Aprili 1599.

Illustrissimae celsitudini tuae addictissimus
Christophorus Pezelius.

253.

1599, le 13 juin. Boskovicé.

Jean Paludius à Théodore de Bèze: le jour même où ils sont revenus de leur voyage, ils lui écrivent désireux que leur lettre le trouve en bonne santé. Quant à Paludius, il reviendra peut-être bientôt à Genève et cela tant à cause de l'édition du « Psalterium » de Th. de Bèze que pour la gratitude qu'ils lui doivent. M. Venceslas de Zástřizly l'Ancien n'a pas encore répondu aux lettres de M. de Bèze à cause de la maladie qui l'afflige. Ils ont déjà pu voir la nouvelle édition des poèmes de Th. de Bèze.

Genève, Archives Tronchin. MS 5, fol. 220. Original autographe.*

S. P. Summe vir et pater observande, eo ipso die, quo venimus in patriam,¹ scribimus ad te. Utinam hae litterae te adhuc vivum et salvum inveniant. Omnia nostra nunc bene habent et fieri potest, ut propter opus illud imprimendum et propter gratitudinem tibi debitam ipse ad te redeam. Tam curae, tam cordi sunt omnia domino Sigismundo, quae a te profecta. Ages nobiscum Deo gratias pro tantis beneficiis, quibus affecti sumus, et in peregrinatione et nunc in patria. Dabo operam, ut in hac senecta experiaris Paludium vere esse Philophilum, hoc est tuum.

Hoc tantum nunc moneo, ut quicquid scribes, ad dominum Sigismundum dirigas. Dominum Gulartium hortor, ut in opere coepto pergat, ut sit ad finem perductum, cum munus eius repetetur, quod brevi fiet.

¹ Sur son voyage à travers l'Europe occidentale cf. No 241/5.

Amantissimam facit in mensa hac illustri mentionem d. Sigismundus coniugis tuae et domini Jacomoti. Vidimus novam editionem Poematum et auctam. Valete. Subito ex arce Boscovicensi, 13. Junii 1599.

Tuus totus

Io. Paludius, cognomento Philophilus.

Generosus d. senior tutor nuper fatetur, se non respondisse ad omnes tuas litteras et petit se nunc excusari, nam acerrimis podagrae cruciatibus affligitur.

254.

1599, le 1^{er} juillet. Boskovic.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: il est revenu au pays avec Georges Sigismond. Le jeune Frobenius de Bâle est au service des Zástrizl; s'il se conduit bien, il pourra voir encore la Hongrie et l'Italie. Ils se reposent après le voyage et se réjouissent de la bibliothèque de Th. de Bèze. Quant à lui, il doit quitter Georges Sigismond et retourner chez son duc. Les deux Zástrizl saluent Zwinger et désirent savoir où en est le livre qu'il veut leur dédier.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn., MS. II. 19, fol. 256. Original autographe.*

Clarissime vir et amice. Reversi sumus in patriam ex iis locis, ex quibus multi sunt reversi. Talis Dei opt. max. fuit providentia, talis benignitas. Gallia pacata fuit et non pacata. Normandia nunquam nostro tempore caruit periculo. Quis in Angliam ivit absque metu? Quis in Belgium sine milite. Salvi ab istis omnibus evasimus. Quae tibi commemoro, communi amico, communes ut nobiscum gratias agas. Frobenium¹ vestrum tui et tuorum causa in patrocinium meum suscepi, cum potuerim cognatos meos ad tale officium promovere. Quod si bene se gesserit, poterit et Ungariam et Italiam cum domino Sigismundo videre. Certe res ipsa testatur me non amicum, sed fratrem ipsi in hac non contemnenda peregrinatione fuisse. Et si agnoverit hoc quaecumque beneficium, hoc est, si Deum pro me precatus fuerit, rursus ipsi benedicetur. Quaeris, quid agamus in Moravia? Quiescimus fatigati, deliberationem de futuris instituimus et bibliotheca dni Bezae nos oblectamus. Vix credas, quantum gaudeat ea de re dominus Sigismundus. Caeterum ego petivi dimissionem ad principem meum, sine cuius consensu nihil decrevi posthac agere. Obtinui illam difficulter, ita tamen ut non denegaverim operam meam, sicubi posthac opus foret. Ita enim videor meritis de hac familia, ut amicitia inter nos futura sit perpetua. Et si redire non possem huc ad officium, vicini tamen erimus. Uterque Zastrizelius tibi salutem multam, et quaerit, quid agat opus tuum dedicandum. Nosti quid tibi scripserim Geneva, illa sint rata. Expectabo a te Epigramma gratulatorium in hanc peregrinationem nostram et tuas mittere poteris ad Monavium. De omni statu vestro certior fieri cupio. — Vale. Calendas Iulii 1599. Salutem matri, coniugi et filiolo. Ex arce Boscovicensi.

Paludius cognomento Philophilus.

¹ Probablement Georges Louis Frobenius (né en 1566); il avait étudié à Wittenberg; propriétaire d'une imprimerie renommée. Son fils étudia à Bâle.

1600, le 1^{er} mars. Prague.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: le duc de Brzeg et de Legnica a fait de Paludius membre de son conseil et l'a envoyé auprès de la Cour impériale à Prague. Zwinger a bien fait d'avoir dédié ses Psaumes aux Zástřizl. Paludius a refusé le poste qu'on lui avait proposé à l'Université de Bâle car il est content de l'honneur qu'on lui a faite dans sa patrie. Les nouvelles de Prague.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn., MS. II. 19, fol. 257. Original autographe.*

Amicissime Zwingere. Pragaе tuas accepi, quo in loco posthac futurus sum sub illustri nomine. Nuper enim te certiozem feci ill^{imum} patriae principem me cooptasse in numerum suorum consiliariorum ac decrevisse mea uti opera in aula caesaris. Hic occasio erit dante Deo iucundissima conferendi et colloquendi. Hic locus causa futurus multorum honorum. Hic divinam experiar providentiam, in qua solide soleo acquiescere in utraque fortuna. Opus Psalmorum¹ recte curatum est. Quid vis amplius? Caetera mihi erunt curae. Si citius allatum fuisset, parum alii egissent. Unicum Zastriseliorem desiderium, ut ego subsisterem in certo loco, quod nunc factum et meo et illorum cum honore non exspectato. Praeclaram mei iniecisti mentionem, forte quod praeclara illa semper sectatus, licet non assecutus fuerim. Utraque voluntas laudem meretur, tua potissimum, qua me tibi multum obligasti. Rogas, ut ad vos festinem. Si possem tui causa facerem, quo quid iucundius, quid eruditius, quid integrius? Ornare me vultis, agnosco studium praeter meritum. Sed contentus sum honore, quo me patria et illustrissimus meus affecerunt, ad quem multi alii cum aliis honoribus vix aspirare ausi. Seria [!] potius opus esset, quae mihi pedes figeret ut et labores meos ad optatum finem perducerem et maiore cum animi quam corporis quiete fruerer. Peregrinandum tamen erit interdum si legationis munus mihi imponatur, cuius nomine obligatus sum hoc in officio. Quid tuus Theodorulus?² Quid tua uxor? Quid frater? Quid Riedinus?³ Quid consultissimus Feschius?⁴ Hunc una tecum per Deum rogo, ut hisce nundinis mihi huc per Calandrinum curetis fasciculum vel vasculum potius quod Lutetia vobis credidi. Sunt ibi quaedam manuscripta, quibus admodum opus habeo. Moscovitica legatio hic tractat cum imperatoris fratre Maximiliano de matrimonio contrahendo et aliis rebus gravissimis. Adfuit et Hispanica et Polonica. Walachus magnis praemiis affectus est pro parta victoria et Transylvania nostra est. Dux Mercurius [?] rediit in Gallias gravis muneribus variis, liberaliter tractatus. Vale, mi optime et praestantissime Zwingere.

Calendis Martiis anno 1600, Pragaе. Quid parturit Polanus?

Tuus totus omni officio

Ioan. Paludius cognomento Philophilus,

Ill^{mi} principis Silaesiaе Lignicensium et Bregensium etc. consiliarius.

¹ Deux ans plus tard, J. Zwinger dédia aux Zástřizl son ouvrage « *Tabulae in Psalterium Davidis* ».

² Théodore (1597—1654), fils de Jacques Zwinger. Il étudia la théologie à Heidelberg, à Leyde, en Angleterre, à Paris et à Genève. En 1630, il devint professeur de l'Ancien Testament à l'Université de Bâle. Voir No 286/1.

³ Riedinus (Ried, Rieding), bourgeois de Bâle; cf. *Journal* de Ladislav Velen.

⁴ Christophe Feschius, bourgeois à Bâle.

^a La lettre est endommagée et illisible à certains endroits.

1600, le 11 mars. Genève.

Théodore de Bèze à Jean Paludius, Prague: l'édition du Pentateuque exigerait 800 écus d'or de frais. Encore faudrait-il trouver un bon imprimeur et de bons caractères, ainsi qu'un éditeur. Quant à lui, il recommanderait comme imprimeurs François Junius et Christophe Plautin, Belges et très bons connaisseurs de langues. Sur la nouvelle charge de Paludius, sur la situation à Genève et sur la vie qu'il mène. Sur la nouvelle édition de ses poèmes et sur le voyage de Georges Sigismond de Zástřizly en Italie.

Paris, BSG. MS. 1455. fol. 321—324. Copie contemporaine.*

Μιφίλαττ philophile, nonnullis literis tuis vereor ne non responderim, dum te audirem de Italia cogitare, incertus ubi meae commode tibi reddi possent. Ad tercias tuas igitur nunc demum respondeo: unas 10. Augusti, alteras 26. Novembris anno superiore, tertias Calendis Januarii datas. Ad primas illas quod attinet, in eo quoque tuam in me benevolentiam agnosco, quod de illo nostro Pragensi scribis; et facile quidem ista ego illi condono, perlibenter opus etiam illud Hebraicum, de quo sum tecum in tuo a nobis discessu collocutus, missae meae apud vos bibliothecae et ejus appendicem adiuncturus. Absit enim a me cujus mores tibi existimo non esse incompertos, ut de ullo in hac re recipiendo pretio cogitarim. Et Deus mihi testis est propositum hic esse mihi unius Dei et Servatoris nostri gloriam, cum sanctae ipsius Ecclesiae commodo et aliquo etiam nobilissimae Zastrizeliorum gentis decore, si thesaurus iste illustri ipsorum nomine et sumptu in publicum prodeat. Erit autem ad eam rem, ut spero, vix octingentorum aureorum summa opus, quantum possum conjicere, sed pereruditus ad eam rem curandam operis inspector et fidus ac dilligens typographus, characteribus etiam bonis et Hebrais et Graecis atque adeo, si fieri poterit, Arabicis instructus fuerit prorsus necessarius, quales valde fuerint idonei, qui in Belgico sunt d. Franciscus Junius peregrinorum linguarum peritissimus et celeberrimus ille suo merito Christophorus Plantinus. Velim igitur dum adhuc sum superstes, dominum Sigismundum et te serie istic agere de hac re tota, ut, si vobis ita videbitur, missis etiam ad vos ipsis exemplaribus plenissime vobis, quid hoc rei sit et quid facto sit opus, perscribam. Ex alteris autem literis tuis perjucundum fuit mihi intelligere, tam benevolum illius in te principis animum cum duplici honestissimi muneris tibi collati accessione,¹ ut istic non tantum quiete, sed etiam cum dignitate consistere et operam non illi tantum principi commodam, sed etiam publice utilem navare possis. Neque sane dubito, quin ibi te Deus ipse, cujus providentia in hoc theatrum produceris, omnibus sancti Spiritus sui donis instruat, quae ad quicquid recte et feliciter in hoc utroque munere obeundum fuerit, requiruntur. Quo frequentius autem libuerit tibi ad nos perscribere, quae iudicaveris nostra interesse, ut intelligamus, eo nos tibi reddideris devinctiores, ut et in agendis optimo maximo Servatori nostro gratiis et in ipsius ira deprecanda tanto simus diligentiores.

¹ Paludius accepta la charge de conseiller du duc de Legnica et de Brzeg à la Cour impériale de Prague (V. Šimák, Bohemica, p. 73 et suiv.).

Ad res autem nostras quod attinet, satis adhuc, per Dei gratiam, pacata sunt apud nos omnia, tum quod ad politicam, tum quod ad hujus Ecclesiae statum attinet. Sed et hyems quantumvis longa et valde aspera fertilem annum his regionibus promittit. Et quod ad illum Regis Galliae cum vicino nostro principe congressum attinet, etsi adhuc de hujus tam longae inter illos deliberationis exitu nondum cuiquam satis liquet, tamen de Regis in nos animo quoque optimo jubent nos amici magis ac magis sperare. Precibus interea profecto nobis opus est assiduus, vix inquam, quicquid inter illos vel maximo nostro bono constitutum fuerit, dictum illud Hesiodi effugituris, perpetua experientia comprobatum, *πήμα κακὸς γέλτων*. Sed his quoque, sicuti speramus, providebit ille, qui suos a superbis oppressos nunquam deserit et a cujus unius providentia tali pendere didicimus, praesertim si, quod nobis non defuturum confidimus et quod abs te nominatim petere non dubito, vestras cum nostris preces conjunxeritis. Ego vero inter ista etsi eandem adhuc et quidem singularem coelestis illius Patris in eo quoque benignitatem experior, quod aliquam studiis domesticis operam dare et amicis per literas respondere possum. Tamen summo et perpetuo omni cibi fastidio et inde augegente languore pressus, cogor a publico prorsus abstinere, domi in hoc unum intentus et pervigil, ne in ipso, quod aiunt, portu impingam: quo me propterantem velim, mi summe observande frater, ut animo et seriis precibus comitari non graveris. Caeterum ex cl. viri et amicissimi nostri d. Monavii ad d. Lectium nostrum literis postremis animadverti illum de renovanda nostrorum poematum editione, non tantum cogitare, sed etiam laborare, adeo quidem, ut etiam quid quoquo loco edendum putet, illi copiose describat. Ego, ut ingenue dicam, quod sentio, nisi obstaret illa summa observantia, qua illustrem illam familiam veneror, quae meas istas nugas dignata est nobilissimi sui nominis praefatione exornare, illa omnia malim per se concidere quam recudi. Si tamen istud vobis probabitur, mittam, quum voles, quae post vestram editionem sunt hic a me, prout occasio tulit, scripta, caeteris eo, quo vobis placuerit, ordine adjicienda, ut arbitrio uno vestro de hac re tota statuatur, ne praetermissis quidem meis iam pridem editis psalmis, quorum nonnullos nuper a me relectos (vide quam arrogans evaserim) non dubitem cum Scotiis etiam illis, quantolibet poetico spiritu plenis, aliquatenus comparare: praesertim si cum Hebraeis ipsis recto iudicio conferantur. Nam ita quoque justum esset meorum carminum omnium volumen. Vos autem istic etiam videritis, an hic potius quam istic possint illa commodius et emendatius excudi. Sed quorsum hoc veluti somnium tibi narro, cui meo fortassis ex hac ipsa vita discessu tuum ipsius ad haec responsum inveniendum [?]. Habeo tamen aliud quiddam non valde dissimile, quod tibi significem. Uxor mihi haec ad te dictanti forte superveniens, quum te jam istic adjecta de Italia cogitatione, sedem intellexisset fixisse, Ergo, inquit, vel in Italiam euntem, vel ex Italia cum nobilissimis illis d. Paludium frustra nos rursum visuros speraverimus? Aderat una quoque festivissima Catharinula nostra, ad nomen tuum suspirans. At ego, bono, inquam, animo estote. Veros enim amicos nullum locorum intervallum nec temporis spacium disjungit et quandoquidem ita fert tempus et justissima ratio prohibet ipsorum in has regiones reditum, sperare vos jubeo futurum, ut semestribus saltem nunciis et literis nostro huic desiderio utrinque abunde satisfiat. At tu, mi *φιλάτε* philophile, quam optime vale et oblatas tam ab universo nostro collegio, quam ab omnibus quos hic habes amicis et uxore mea et Catharinula tua, salutationes eo, quo consuevisti candore dignare.

Vale, inquam, etiam atque etiam, et nos vicissim amare perge. Genevae, Calendis Martiis, anno temporis ultimi 1600, qui utinam vobis istic omnibus felix illuxerit.

Tuus totus Beza.

257.

1600, le 27 mai. Prague.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: le « Psalterium » de Zwinger a bien été remis aux Zástřizl qui ne veulent pas être ingrats. Il a déjà quitté Georges Sigismond, car il avait été appelé au service du duc de Brzeg; il restera probablement en permanence à la Cour impériale. Il demande des nouvelles de l'Académie de Bâle et de ses professeurs.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn., MS. I. 19, fol. 258. Original autographe.*

Praestantissime Zwingere. Egone te onero silentio, tu me oneres, quod hoc ipsum scribas. Video enim, proh dolor, tibi litteras meas non esse redditas. Repeto igitur repetenda. Tuum Psalterium recte redditum est Zastriseliis nostris,¹ qui tibi respondebunt, ut intelligas eos non ingratos fuisse. Exspectatur tantum reditus Georgii Sigismundi ex Italia, qui jam in itinere est, revocatus propter subitaneum obitum curatoris domini Boscovicensis, patroni mei optime meriti. At inquis, cur Meiero credidisti tuum? Vocatus in patriam fui, ubi me illustrissimus princeps cooptavit in numerum consiliariorum et mea nunc utitur opera in aula caesaris, in qua maneo et forte mansurus per potissimam vitae partem. Quae cum tandem intellexeris, mihi magis gratulaberis, quod fructum feram tantorum laborum. Hic et hinc licebit tuto et iucunde repetere veterem nostram necessitudinem. Gratissima fuerunt, quae de Theodorulo non tantum, verum etiam de Bernardulo tuo addis. Quid ego ago? Sed idem meditor. Expers vita chori raro est sine vulnere mentis. Cupio aliquid cognoscere de statu Academiae, de d. Grynaeo et d. Amando, clarissimis viris, de tuis laboribus et coeptis. Salutem salutandis. Pragae Bohemorum 6. Calendis Junii 1600. Quid d. Riedinus?

Tuus totus omni studio et amore perpetuo

J. Paludius,

illustrissimi Silesiae principis Lignicensium et Bregensium consiliarius, nunc in aula caesaris.

258.

1600, le 26 juillet. Genève.

Théodore de Bèze à Jean Paludius: il aurait beaucoup aimé voir Paludius lors du retour d'Italie de Georges Sigismond; bien qu'il n'en ait rien été, il a eu le plaisir d'apprendre que Paludius avait réussi d'obtenir une situation plus importante.

¹ Voir No 255.

Quant à l'édition du Pentateuque, il le prie de lire la lettre ouverte annexée et adressée à Georges Sigismund de Zástrizly. Il souhaiterait que Paludius vienne lui-même à Genève pour s'occuper de cette affaire.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 334v—335v. Copie contemporaine.*

Etsi fore sperabam, mi suavissime Paludi, ut te, sicuti spem eius boni mihi feceras, ex Italia redeuntem conspicerem, quo vix quicquid mihi iucundis accidere potuisset. Libens tamen audiui, tibi ab hac repetenda peregrinatione liberato, liberio rem et honoratior em quoque, id est te digniorem conditionem contigisse, quam tibi et illi inclytæ familiæ, cui hanc etiam operam navas, felicissime cessuram confido.¹ De hac autem tua in me perpetua benevolentia, cuius veluti characterem in postremis tuis ad me literis penitissime insculpisti, magnam tibi gratiam habeo, et quidem inprimis, quod te animadvertam idem prorsus mecum sentire et optare de illa nova Pentateuchi Mosis procuranda editione, tum ipsi Deo grata, tum ecclesiæ toti perutili nisi valde fallor, futura et aliquid etiam illi, quamvis iam per se illustri Zastriselliorum genti, splendoris apud posteros allatura. Itaque etiam antea de hac tua in hoc procurando negotio cura certus, literas huius mensis Julii Calendis datas Pragam ad te misi, eiusdem prorsus argumenti, quod in postremis ad me tuis expressisti, quas et ad te velim iam pervenisse vel prius, quam has accipias literas, perventuras credo. Placuit tamen alias eiusdem prorsus argumenti ex animi tui sententia scriptas istis adiciere, adiuncta quoque ad nobilissimum dominum Sigismundum nostrum consolatione super herois illius obitu, quas propterea nondum penitus obsignatas ad te mitto, ut eas abs te lectas et tandem penitus obsignatas, siquidem tibi probabuntur, ad ipsum certa fide perferendas cures. Quid igitur super est, nisi ut, si modo sine aliquo tuo incommodo præstari abs te istud quoque officium potest, impetrata ab illis venia, ad nos advoles, pauculos tantum, ut spero, dies nobiscum mansurus et ante hyemis quoque asperitatem facile istuc, una cum huius vobis consecrati thesauri exemplaribus Deo favente reversurus. Quod si etiam potueris istic ex illa moderatissima gentis illius nobilitate nancisci et tecum adducere, qui hospitio quoque meo contentus, suavissimæ illius domini Sigismundi nostri consuetudinis memoriam mihi repræsentet, certe maximo beneficio nos hic omnes ac me præsertim affeceris, utpote cui nihil optatius possit contingere ista meae in totam illam nobilissimam gentem observantiæ vel sæpe repetita testificatione. De rerum autem nostrarum statu velim ex iis ipsis domino Sigismundo nostro inscriptis cognoscas.² Uxor vero mea, ut et neptis utraque, ac præsertim Catharinula magis ac magis festina et in his, quem sperare nos iubes, conspectus longe cupidissima quam officiosissime te salutant et iam pene oculis ferunt. Bene, inquam id potius, quam optime vale, mi philophile Palude. — Genevæ 16. Julii 1600.

Tuus totus Beza.

Literis ipsi Domino Sigismundo scriptis idcirco non expressi inscriptionem, ne quid forte in ipsum peccarem, ignorans quibus nunc titulis ornetur, cui defectui velim, ut ipsi audeant.

¹ Voir No 256.

² Voir No 245.

1600, le 28 juillet. Prague.

Jean Paludius à Théodore de Bèze: Georges Sigismond de Zástřizly est venu d'Italie pour les funérailles de son oncle, mais il est reparti pour terminer le voyage. En passant par Prague, il a remis à Paludius 100 écus d'or hongrois pour Th. de Bèze auquel il fait dire qu'il voudrait rentrer d'Italie par Genève. Au nom de sa famille, il prie cependant Th. de Bèze d'écrire un poème pour l'épithaphe de son oncle. Il faudra attendre le retour de Georges Sigismond pour discuter la question de l'œuvre de Th. de Bèze. Il salue tout le monde à Genève et transmet aussi les salutations de J. Müllner, secrétaire de la chancellerie tchèque.

Genève, Archives Tronchin, MS. 5, fol. 223. Original autographe.*

Vir praestantissime, observande pater, S. Metamorphosin subitam tibi significo. Illustris Sigismundus noster vocatus est ex Italia ad funus patruī piae memoriae et ad administrationem bonorum, qui praeter spem adfuit. Constitutis vero rebus domesticis per administratorem, rursus ivit in Italiam, amore laudis ductus, et ut ita finiret integrum cursum peregrinationum suarum. Si in Moravia fuisset, forte haec consilia impedivissem. Satis fuisset semel vidisse Italiam. Sed hunc pretextum habuit, quod Romam usque et ad Regnum Neapolitanum non pervenerit. Symbolum habet: Rege me Deus: Quod ut ita fiat, ex animo opto. Hac transiit et magno cum gaudio me complexus fuit. Inter caetera nostra colloquia et actiones Pragenses, hoc ad te spectat, quod apud me deposuerit centum ducatos Ungaricos aureos, quos primo quoque tempore vult mitti ad d. Bezam, in testimonium sui gratissimi animi. Deinde et hoc significari iussit, se certo annuente Deo constituisse, reditum ex Italia suum dirigere Genevam versus, ut ibi repetat consuetudinem praestantissimorum et iucundissimorum suorum amicorum. Ad primum, quod attinet, non citius eam transmittere possum [pecuniam], nisi ad nundinas Francofurtenses. Interim te rogatum velim, ut mihi nomines aliquem notum, cui reddi debeat.

D. Sigismundus et sua familia petunt a te epitaphium d. Venceslao Zastrizelio seniori, qui fuit magnus vir, orthodoxae religionis acer defensor, primarius Moraviae senator, consiliarius caesereus, tui et bonorum omnium amantissimus. Qui praecipuos suos patruales Venceslaum et Sigismundum, magno cum studio et cura misit ad exteros, sub praefecto et moderatore Paludio atque hac ratione excitavit totam nobilitatem Moravicam ad idem faciendum. Quod certe in magna laude ponendum.¹

Dum haec scribo, accipio tuas et ad d. Sigismundum et ad me datas Calendis Julii, in quibus de magno illo opere agis. Quarum copiam sed tecte mittam Patavium, ubi adhuc commorabitur. De opere nihil poterit agi amplius ante reditum ipsius. Fac, ut intelligam, an has acceperis. Non male faceres, si epitaphio adiungeres carmen consolatorium ad d. Sigismundum directum.

Sed, mi pater, video te oblivisci meorum adverbiorum: Unde? Ubi? Quo? Equidem impudenter facio, quod tibi molestiam oro. Sed vicissim, cum considero, quam sine magno labore haec delineatio et explicatio fieri possit et quanto meo

¹ Voir No 228.

cum commodo, iterum te rogo, ut haec de [se], si libuerit, cogitare velis. De tertio adverbio non sum ita sollicitus. Nempe Quo? est, quod iam tum visus fuerim tibi satis explicare in tabula, quam vocavi Meditationem hominis Christiani.

Lectissimae tuae coniugi certo persuadere poteris illustrissimum d. Sigismundum continuaturum tuam gratitudinem quotannis, quamdiu et tu et illa vixeritis, quod mihi solide et non sine proprio motu recepit. Rogo te, ut Catharinulae nostrae offeras ex istis centum ducatis unum pulchriorem. Cum ad vos venerit d. Sigismundus, par pari refere. Utinam accepisset tuas litteras; magno gaudio fuisset affectus et confirmatus in sua erga te et tuos observantia. Video te esse de titulo sollicitum, nempe: Illustri et antiquissimae nobilitatis domino Georgio Sigismundo a Zastrisel, domino Buchlovii et Seraviti, etc. Nam nulla adhuc fruitur dignitate. Vale et ignosce. Pragae, 28. Julii 1600. Salutem sancto tuo et universo collegio, inprimis d. Lectio, d. Gulardo et d. Jacomoto.

Tuus totus perpetua observantia
Philophilus Paludius.

Illustris et magnificus dominus Joannes Myllnerus a Mylhausen, maximus in hac aula meus patronus, qui tibi olim dono misit Maximiliani primi effigiem auream, te peramanter salutatur tibi que omnia optima et optatissima comprecatur, in cuius aedibus semper ero inveniendus vel inquirendus.

260.

1600, le 15 août. Prague.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: Il fait savoir à Zwinger qu'il a bien veillé à son affaire: Georges Sigismund de Zâstřizly lui a remis 50 écus à l'intention de Zwinger à titre des honoraires pour l'œuvre dédîée. Venceslas de Zâstřizly le Jeune a promis d'ajouter la même somme. Il écrira plus tard sur la vie à la Cour impériale; pour le moment, il est très absorbé par sa nouvelle charge. Il fait néanmoins des préparatifs de mariage.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn., MS. I. 19, fol. 259. Original autographe.*

Praestantissime vir. Valde gavisus sum de tuis. Per famulum Moravicum nihil accepi immo longo tempore nullas. Sed satisfactum desiderio amicissimo. Non parum de me es meritus, quod recte curaveris impedimenta mea atque magnas habeo gratias et tibi et optimo viro d. Feschio. Interea temporis ego etiam tuas egi res. Nam superioribus diebus deposuit apud me d. Sigismundus Zastrizelius quinquaginta Joachimicos honorarii loco, quos reservo in arca mea. Sed vix circa Michaelis festum accipies, quia d. Wenceslaus promisit etiam quinquaginta, ut ita utriusque honorarium ex centum constet taleris, sed ita cito non potest mittere et dilationem petiit.¹ Cui nuper fuit exponenda magna pecuniarum summa pro fratre demortuo. Conclusum fuit inter patruales, ut honorarium

¹ Sur le don honorifique pour J. Zwinger cf. No 257 et No 265 et 266.

illud sit duplex; constet ex poculo in memoriam familiae et deinde pecunia, quod utrumque mihi curandum erit. Ubi integram summam accepero, patienter feras aliquam moram ac persuadeas tibi, ac si ista iam domi tuae haberes. Tam fideliter proficiam, quod caepi. Da veniam illiteratis literis, quas exaravi occupatissimus et ad modum defessus negociis aulicis.² Divina providentia produxit me in istud theatrum. Suades, ut aulicum describam, res magni momenti. Ubi assuetus fuero novis istis occupationibus, videbo, quid sim acturus: praesertim cum uxorem duxero, quod molior. Interea vagantur meae cogitationes. De studiis cupio aliquid cognoscere.

Quid d. Grynaeus? Quid d. Polanus? Quid d. Feschius? Et illos et coniugem tuam et filiolos tuos et Riedinum meum et fratrem tuum saluto officiosissime. Vale. Subito Pragae 15. Augusti 1600.

Ex animo tuus

Paludius.

261.

1600, le 23 septembre. Genève.

Théodore de Bèze à Jean Paludius, Prague: il a eu du plaisir à lire dans la lettre de Paludius que Georges Sigismond de Zástřizly a l'intention de s'arrêter à Genève en retournant d'Italie. Quant au nouveau bienfait qu'il a reçu de la famille, il ne peut qu'en remercier une fois de plus. Il aurait déjà envoyé le poème pour l'épithaphe de Venceslas de Zástřizly l'Ancien, si les forces ne lui avaient pas manqué; il pense le remettre à Georges Sigismond, à qui il veut parler aussi de l'édition du Pentateuque. Sur les nouvelles de Genève, sur la vie.

Paris, BSG. MS. 1455, fol. 341v—343v. Copie contemporaine.*

Hodie demum mihi redditae sunt 28. Iulii datae, ex quibus cognovi, quod antea quoque mihi nunciatum erat, illustrem videlicet illum nostrum rebus suis istic feliciter confectis, in Italiam reversum et in altero ad suos reditu invisere nos constituisse, quod utrumque iam factum velim, nec prius tum ipsi tum nobis a Domino precari desinam, quam ipsius conspectu rursus fruam, nihil praetermissurus, quod ipsum, licet eo sponte currentem, ad omnem pietatem et caeteras ipsius genere dignas virtutes magis ac magis incendat. Ad illud autem novum mihi destinatum munus quod attinet, profectis iam Francofurtum nostris mercatoribus omnibus, edere vobis nullius ex nostris nomen possum, cui committatur. Sed cuicumque tu Francofurti ad nos transmittendum illud commiseris, facile quempiam illic inveniat, a quo mihi bona fide reddatur. Ego vero, quem tot iam antea beneficiis pene obrueratis, quid vicissim referam? Certe officio in vos meo minime satisfecerim, ne si me ipsum quidem utendum fruendum obtulero. Quod unum autem mihi restat, tantam illustris illius gentis beneficentiam agnoscere et praedicare non desinam, nullum officii genus in hoc grati animi testimonio praetermissurus, nedum ut quod a me de illo illustris herois memoriae scribendo

² Sur la nouvelle charge de Paludius cf. No 254, 255, 256 et 257.

carmine Epitaphia petis, pro viribus non praestem, pro viribus inquam, quum me pene iam totum non tantum corporis vires, sed etiam qualiscunque ille ingenii vigor destituerit, alioqui iam ipsis literis illud adiuncturus, operam autem omnem daturus Deo favente, ut si non citius, at certe ipsi illustri dno Sigismundo Zastrizelio, quem huc transiturum confido, illud qualecunque tradatur.¹ De operis autem illius nostri editione tunc demum quoque coram cum ipsomet agere commodum erit, si nobis hic datum fuerit potiri rursus prius iucundissimo ipsius conspectu. Uxorem denique meam, ut et me ipsum, vehementer puduerit, vel optare tantum istud beneficium, quod ultro, tam pene dixerim progide, a vobis offertur. Prius autem et ego et illa, immo etiam Catharinula nostra vivere desierimus, quam vestrae tantae benignitatis oblivisci, praesertim si quis istinc ad nos a vobis commendatus advenerit, in quo, quanta poterimus sedulitate accipiendo et colendo nostram in illam nobilissimam gentem observantiam testari possimus.

Ad res denique nostras quod attinet, stat quidem adhuc Geneva, qualem istam vidisti, idque summe profecto admiranda opt. max. et unici Servatoris nostri providentia. Sed illud Hesiodi longe notissimum dictum nunc quoque experitur *πῆμα κακῆς γέλοιον*. Huic tamen incommodo supervenit aliquod, fortasse divinitus missum remedium, quod Gallus infinitis modis ab illo nostro vicino irritatus, omni pene Sabaudia repente ad ipsas usque Alpes, pauculis excepti arcibus occupata et ipsas etiam fortassis Alpes transiturus atque adeo, si quod unicum restat in hac nostra vicinia nobis ad duo milliaria imminens propugnaculum, quod facturum speramus, expugnaverit, deditis iam ipsius Iurae montis faucibus, quas clusas vocamus, in ipsum Cedemontium traiecturus, illum domi in suis tuendis sic exercet, ut de alienis occupandis curam omnem abicere cogatur. Geneva interim, ad cuius portas haec geruntur, miserrimis undique rusticis in hanc urbem confluentibus oppleta, quamvis ipso cum maximis copiis proximo rege inaudita moderatione bellum istud gerente, atque adeo summe benevolam in nos animum testante, in plurimis tamen et maximis difficultatibus tota versatur, summa, si unquam alias, tum prudentia et cautione, tum sui amantium omnium seriis precibus indigens. Quod velim diserte per vos sanctis omnibus istic Ecclesiis nunciari, ut preces pro nobis, ut ipsa quoque verae fidei professione coniunctissimis fratribus, tum publice, tum privatim, pro mutua caritate sua ipsi Deo magis ac magis intendere non graventur. Ego vero amplius quam octogenarius senex et rude iam donatus, quinam valeam, requiris? Domi me contineo animo quidem idem qui hactenus, corpore tamen eousque adhuc valens, ut per intervalla libros aspicere, cum amicis colloqui, litterulas etiam vel adstant vel in lectulo decumbens ad amicos dictare possim, in hoc unum dies et noctes intentus, ut tandem aliquando absque naufragio in illum optatissimum portum appellam. Huc vero me properantem, ut et uxorem meam una cum ipsius fratris Alexandri et Babbistae generi familiis, etiam atque etiam bonorum istic et nostri amantium omnium et quidem speciatim illustris dni Wencislai et tuis, mi carissime Paludi, precibus velim magis ac magis commendari, quicquid nobis hic Dominus supervenire voluerit, plenissime vel citius vel favente Deo per ipsum dominum Sigismundum, datis etiam, si potero, ad singulos literis significaturus: quos interim et quidem nominatim illustrem illum et magnificum d. Millnerum, benevolentia me sua, licet immerentem, sicut mihi perscripsisti, dignatum, rogo

¹ Voir No 228.

te etiam atque etiam, ut quam officiosissime salutare velis. Tu denique mi philophile, quam optime tum corpore tum animo valere et bonis omnibus carus esse perge, et Bezae tuissimi (sic enim nobis audaculis poetis verba fas sit innovare) magis ac magis memor esto. Genevae 13. Septembris vetere calculo 1600.

Vester totus quantuluscunque est

Theodorus Beza.

262.

1600, le 8 octobre. Prague.

Jean Paludius à Théodore de Bèze: il gardera chez lui la lettre destinée à Georges Sigismond de Zástřizly jusqu'au retour de celui-ci. Il rapelle de nouveau à Th. de Bèze ce qu'il lui avait écrit à la fin juillet. Il regrette que Th. de Bèze n'ait pu joindre à sa lettre l'épithaphe promis. Nouvelles de la Cour impériale. Demande des renseignements sur les événements de Savoie. En annexe, il envoie une lettre de Venceslas Budovec de Budov.

Geneve, Archives Tronchin. MS. 5, fol. 225. Original autographe.*

Reverende pater, vir praestantissime. Tuas accepi 16. Julii datas, ac statim paucis respondeo, uberiores post octiduum scripturus.

Consolatio ad illustrem dominum Sigismundum erit valde grata et apud me reservabitur usque ad reditum ipsius. Ante aliquot septimanas certiozem te reddidi de duobus praecipue capitibus. Primum est, dominum Sigismundum repetivisse Italiam ad breve tempus, ut eam integro perlustret, et in redditu, quod maxime sibi proposuit, Genevam salutet et de omnibus, quae adhuc agenda tecum, concludat. Alterum est, quod apud me deposuerit dominus Sigismundus centum ducatos Ungaricos, qui efficiunt ducentos florenos Germanicos ad te honoris et gratitudinis causa mittendos. Ad neutrum responsum accipio. Misissem ad nundinas Francofurtenses, si mihi aliquem, quod petii, nominasses. Quod quia nondum factum, reservavi adhuc apud me pecuniam, quae apud me tam certa est, ac si in tua arca haberes. Didici enim satis superque ex obitis peregrinationibus perfidiam quorundam mercatorum. Si placuerit tibi ad Calandrinum¹ scribere, deponam apud illum. Sin aliam monstraveris viam, idem est, modo ex te ipso intelligam de hoc negotio. Nam non audeo leviter cuiquam credere.

Lectissimae tuae coniugi certo persuadeas dominum Sigismundum continuaturum suam gratitudinem quotannis. Catharinulae nostrae amantissimam salutem.

Video te non amplius scribere versus. Alias addidisses epitaphium domino Zastriselio, quod valde optavit hac transiens nuper d. Sigismundus, ut aliquando coniungi possit cum optata editione omnium tuorum poematum. Petivi etiam explicationem aliquam trium meorum adverbiorum: Unde? Ubi? Quo? De tertio meministi me fabulam scripsisse.

In aula Augusta magna imminet mutatio et ut sperandum in melius. Nam

¹ Calandrini, famille de marchands de Nuremberg et de Staden.

duo praecipui, ut Rumphius² et Trautzonius³ sunt subito dimissi mala cum gratia. Magno me officii beneficio, si ad me perscripseris res per regem in Sabaudia gestas. Vicissim communicabo Ungaricas et multa alia nova, quae hic geruntur.

Monaviss per aliquot septimanas mecum iucundissime vixit Pragae. Budowecii mitto literas. Vale et ignosce. Occupatissimus scripsi. Pragae, 8. Octobris 1600.

Tuus totus perpetua observantia

Paludius Philophilus.

263.

1600, le 16 octobre. Genève.

Théodore de Bèze à Jean Paludius: il n'a pas encore reçu l'argent dont Paludius parlait dans sa dernière lettre; il vaudrait mieux peut-être de l'envoyer par l'intermédiaire de la maison Calandrin à Nuremberg. Il ne désire pas pour le moment une nouvelle édition de ses poèmes. Il préférerait savoir quelque chose de plus précis au sujet de l'édition du Pentateuque.

G o t h a, LB. MS. A. 404, fol. 123v—124. Copie contemporaine.

Spero, mi suavissime Paludi, redditas iam pridem tibi postremas meas 13. Septembris datas, ex quibus de nostro senatu plenissime cognovisti. Ab eo autem tempore nihil prorsus isthinc ad me, ne Francofurto quidem est perlatum, nec de illa pecunia quicquam a quoquam audivi, quam tamen spero (quod sane velim) apud te remansisse servandam, donec invenias, cui tuto committatur. Et hoc profecto iam dudum commodissime praestitum fuisset, si meum ad illas vestras responsum tempestive satis ad vos pervenire potuisset, quibus petebas, ut tibi tempestive significarem, quibus nostratibus mercatoribus istud Francofurti committeres. Sed haec satis cito, si satis bene. Neque vero iam nunc pro hoc tuo in me beneficio tibi minus [me] obstrictum esse profiteor, quam si iam tum istud ita, ut optasse te non dubito, fuisset confectum. Id autem nunc facile tandem fiet, si Calandrino nostro Norimbergam et inde ad nos eius opera transmittendum miseris, de quo ex Torretino nostro cognoverit, quod te pro mutua nostra benevolentia sedulo curaturum non dubito. Caeterum de secutura Poematum nostrorum editione minime laborare te apud quemquam isthic velim, priusquam vel, quid hac de re tota mihi semel statuendum videatur, ex me plenissime cognoveris, vel ispe potius hic apud nos id omne curaverim effectum, idque non sine summa in illustrem dominum Sigismundum nostrum observantiae testificatione, cui quam felicissima interim omnia precatus etiam atque etiam rogo, ut lectu sint non ingrata, quae, licet pene iam ἀμωσος tam ipsi a me postulanti denegare nec potui nec sane debui magni ipsius patris domini Venceslai memoriae celebrandae causa, cuius maximas omnis virtutis laudes, utinam non aequare modo,

² Wolfgang Rumpf, grand intendant de l'Empire.

³ Paul Sixte Trautson, membre du conseil secret de l'empereur; lui et Rumpf, ils étaient ministres préférés de l'empereur Rodolphe II et leur influence sur le souverain était presque illimitée. Les deux dignitaires favorisaient Ladislav Velen de Žerotín pendant ses études (voir *Journal de Ladislav Velen*, fol. 105a, du 1594). Sur leur disgrâce subite et leur renvoi voir K. S t l o u k a I, Portrait de Rodolphe II en 1600, *Mélanges Pekař*, p. 10,

sed etiam longe lateque superare divinitus ipsi concedatur. Pergratum autem mihi feceris, mi suavissime Paludi, si quid de illa longe graviore vel apud Plantinianos vel alibi procuranda editione,¹ nullo cum cuiusdam incommodo statui posse speres, mihi perscribere non graveris, nullam denique crebris literis fovendi mutui amoris nostri occasionem isthic tibi oblatam praetermiseris, cui officio non committam, Deo favente, ut unquam videri possim defuisse. Dominus Jesus, certus ille Servator noster, vos omnes ac singulos in his tantis tempestatibus quam potentissime tueri et conservare magis ac magis dignetur. Genevae 16. Octobris 1600.

Vester totus quantulus est

Th. B.²

264.

1601, le 7 février. Prague.

Jean Paludius à Théodore de Bèze: n'ayant pas trouvé l'occasion d'envoyer les 100 écus dont l'envoi il avait annoncé, il fait savoir à Th. de Bèze qu'il profitera de la prochaine foire de Francfort pour les lui faire parvenir. Il a remis à la famille de Záztržly l'épithaphe dont Th. de Bèze est l'auteur. A Prague, le bruit court que Th. de Bèze aurait eu un entretien avec le roi de France; il saurait gré à Th. de Bèze de faire savoir — par égard aux Eglises tchèques et aux coreligionnaires se trouvant à la Cour impériale — dans quelle mesure ces bruits sont justifiés. Venceslas Budovec et Jean Müllner lui adressent la même prière. Les nouvelles de Prague.

Geneve, Archives Tronchin. MS. 5, fol. 227. Original autographe.*

Praestantissime vir, observandissime pater, salutem. Non dubito te superiores meas recepisse, in quibus scripsi et de statu meo et cur nondum miserim istam pecuniam. Abfui aliquamdiu, nunc tamen mansurus. Centum ducatos accipies ad futuras nundinas Francofurtenses, quia non una eaque certa offertur circa hoc tempus occasio. Commendavi toti familiae epitaphium a te prudenter et amanter scriptum et promiserunt gratitudinem. Forte utrumque simul et semel mittam, quod totis viribus ago, vel propter optimam tuam coniugem, quod tui tantam habeat rationem in hac summa senecta, sicut ipse testari possum. Itaque brevi faciam, ne opus sit amplius respondere ad hunc locum.

Venio igitur ad alia. Sparguntur hic varia de tuo cum rege colloquio.¹ Si quid

¹ L'idée de l'édition du Pentateuque était très chère à Th. de Bèze qui y revenait à toute occasion. En dehors des mentions qu'il en fait dans les lettres reproduites ci-dessous, cf. sa lettre à Jean Paludius du 15 mars 1601, publiée dans: Th. W o t s c h k e, p. 164—165, No 34.

² Publié dans: Th. W o t s c h k e, p. 160, No 32.

¹ Au sujet de la rencontre amicale de Th. de Bèze avec le roi Henri IV, H. J. Burkhardt écrivit (le 28 novembre 1600, Genève) à J. J. Grynaeus, entre autre, ce qui suit: « Cum [Beza] eo venisset, cubiculum que sibi paratum intrasset, rex non vocavit eum, sed ipsemet adiit, stansque sedentem non solum amplexu, sed et osculo excepit, patrem, amicum veterem appellavit, exclamans: Utinam triginta annos sanguine meo tibi redimere possem, quam multa adhuc bona videres. Quod cum principes aulici partim audivissent, plerique vidissent, omnes gregatim accedere, illum salutare, imo sublevare coepere. Tum d. Beza his se eos allocutum dicit: Nisi caveritis, alterum me papam mox efficietis. Privatim cum rege nihil

verum est et si quid scribere licet, fac, ut intelligam propter ecclesias nostras et orthodoxos in aula. Idem te rogant magnifici et nobilissimi viri, tui amantissimi d. Venceslaus Budovicus et d. Joan. Myllnerus, ambo praecipui caesarei consiliarii cum officiosissima salute. Si quid praeterea est de statu belli Sabaudici et memorabile de praeteritis nuptiis, nobiscum, rogo, communices.

Legati Persici dimissi sunt, Norimbergam versus profecti, adituri omnes principes Christianos, ut foedera contrahant cum Persarum rege. Illorum tibi veras mitto effigies. Constans hic rumor est Turcam obsidione cincturum Viennam. Immo iam pedem fixit in Germania irrecuperabili nostro cum damno. Dux Mercu...^a [?] recuperavit valetudinem. Vale cum tuis omnibus. Pragae, 7. Februarii 1601.

Tui observantissimus et totus usque ad extremum halitum

J. Paludius.

265.

1601, le 18 avril. Prague.

Jean Paludius à Jacques Zwinger, Bâle: il garde toujours chez lui le don qui lui a été remis pour Zwinger par Georges Sigismond de Zástřizly. Il compte l'envoyer dès qu'il aura obtenu la somme promise par Venceslas de Zástřizly qui est plus lent. Il attend le retour d'Italie de Georges Sigismond et prie Zwinger de lui donner des nouvelles de Bâle.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn., MS. I. 19, fol. 260. Original autographe.*

Si me magis aestimas animo quam ex silentio litarario, veniam dabis silentio, quod non sine causa fuit. Abfui Praga et implicitus fui molestis quibusdam politicis negociis. Quod apud me depositum est munus, adhuc reservo,¹ nam quod accedere debet, nondum accepi, mirabili hic [?] absentia Wenceslai, ne dicam negligentia. Sed brevi spero reditu[ru]m ex Italia d. Sigismundum, qui fecit suum officium, qui generosioris est animi, sine cuius voluntate hac in re nihil facio. Vix credas quam serius et gravis sit et constans in suis actionibus. Interim certe statuas, quicquid apud me est depositum, idem esse ac si in arca tua reserves. Quod testatum volo hac mea manu. Nam hoc in negotio et honorem et utilitatem tuam perpendo, prout suadet arctissima nostra necessitudo. Respondeas, quaeso mihi, plenissime et ut intelligam statum totum domus tuae, et d. Feschii, viri praestantissimi, et d. Riedingeri et fratris tui et aliorum amicorum.

Pragae, 18. Aprilis 1601. Vale, mi anime.

J. Paludius.

se loqui potuisse ait, propter principum astantium veritatis osorum turmam. Ecclesiam tamen Genevensis et eas, quae in vicinia sunt commendasse, responsum pro voto tulisse. His adiit se omnem tum benevolentiam, tum animi integritatem agnovisse, in rege ita ut bene speret eum adhuc ecclesiae et adiutorem et promotorem futurum. Haec tamen, quae heri, visitans d. Bezam, ex ipsomet audivi, nec indigna videbantur, quin litteris committerentur » (Bâle, G. II. 2). Sur cette rencontre, cf. aussi B é r e n g e r, Histoire de Genève, vol. II, 1773, p. 264.

[Adresse]: A Monsieur, monsieur de Besze à Genève.

^a Voir No 255.

¹ Sur la récompense de la famille de Zástřizly à J. Zwinger voir No 260.

1602, le 22 mai. Prague.

Mathias Timinus à Jacques Zwinger, Bâle: il n'a pas encore réussi à parler aux jeunes Zástřizl de l'affaire qui préoccupe Zwinger, mais il le fera bientôt. Venceslas Lavinus est mort à Prague et a laissé de savants ouvrages de médecine. Sur le procès de Charles de Žerotín. Sur les efforts que les émissaires du pape et de l'Espagne déploient pour monter l'empereur Rodolphe II contre les non-catholiques. Les conversions des nobles tchèques au catholicisme. Sur le décès de Paludius.

Bâle, ÖBdU. Bibl. Frey.-Gryn. MS. II. 19. Original autographe.*

Clarissime vir, amice cumprimis observande. Utranque epistolam tuam accepi, quibus mecum de negotio Zastrisiliano agis. Hactenus profecto non contigit mihi cum generosis illis iuvenibus commode loqui. Dominus Wincensilaus diu et periculose decubuit, ut propterea non existimaverim aliquid molestiarum ipsi exhibendum. Literas tuas ad ipsum meis inclusas retinui hucusque. Dominus Sigismundus non ita pridem ex Italia domum rediit. Neuter ipsorum mihi ullo in loco occurrit mequoque varias in partes distracto ab amicis, operam meam desiderantibus. Non differam diutius rem, quin illico ac in Moraviam reversus fuero, serio aggrediar teque certiolem reddam quam primum. Apollo meus Musaeque non parum passae sunt ob inopinatam mortem optimi mei agnati Lavini¹, ne dicam ob continuas molestias, quae nobis creabantur a conspiratione adversariorum illustrissimi heri nostri d. Caroli Zerotini.² Quibus saltem modis insultare nobis potuere, non praetermisere. Tulinus fortiter iniurias malevolorum. Crimina ab adversariis coram Caesaris iudicio, peculiariter ad causam istam dirimendam constituto, obiecta. Ita diluit noster baro, ut in admirationem sui pertraxerit omnes et iudices ipsos et alios magnates plebemque Bohemiae, praesertim Pragenses, quos etiam multo aequiores iam quam antea experitur. Sententia litis ventilatae nondum lata est veremurque, ne in longum tempus differatur, saltem, quo malefaciant nobis quidam, qui hostilius contra nos agere decreverunt tanquam haeticos. Nam emissarii pontificis Romani, regis Hispaniae alique ipsorum complices omnes suas vires intendere conantur in aula Caesarea, ut persecutio in hisce nostris regionibus adversus pios excitetur. Verum imperator nunquam hucusque tale aliquid exequi permisit. Jesuitae plerosque magnates nobilesque Bohemiae in castra sua pertraxerunt, per quos varia passim moliantur. Ni Dominus conatus ipsorum irritos reddiderit, turbae apud nos magnae dabuntur brevi.

De obitu Palludii ante annum apud d. secretarium Mullerum inaudiveram quidem, de rebus autem ipsius nihil mihi constabat, cum quo etiam nihil notitiae mihi intercesserat. Utrum ille partem ἀντιδώρον acceperit ad se laborum piissimi tui parentis, cognoscam cum reliquis. Quantum in me erit, nihil praetermittam, quo desiderio tuo amicissimo satisfaciam. D. Lavinius quaedam opera chymica reli-

¹ Charles de Žerotín prenait soin de son tombeau (voir F. Dvorský, No 542 et 574).

² Voir No 27.

quit alicuius momenti, quae sunt in potestate viduae.³ Ni mors ipsum e vivis eripuisset, iam finem exantlatorum laborum procul dubio degustasset. Operatorem quendam, virum probum et artis peritum, cuius opera piae memoriae agnatus meus Lavinius utebatur familiarissime, etiamnum coniunx ipsius vidua alit. Neminem alium istorum participem fieri praeterquam me voluisse dictum meum agnatum affirmat ista, quod iure iurando illam in agone obstrinxerit. Cuius modi illa sint, hactenus nondum intellexi; quodsi quid tuo ingenio tuaque doctrina dignum fuerit, cur in sinum tuum non effundam, quem mei amantissimum semper fuisse scio.

Vale, vir clarissime, et me amare perge. D. d. Martinum affinem tuum perofficiose saluto. — Pragae 22. Maii 1602.

Tuus totus

M. Timinus ab Ottenfeld.

³ *Cheirographia Heliana de auro philosophico necdum cognito*... Nicolaus Niger Hazelius. Accessit tractatus de caelo terrestri Venceslai Lavini Moravi... Marpurg 1612.

